

de la Regio de la campa de Jesus de Granada
MANVALE R. 2769 B. 2

VISITATORVM DVOBVS LIBRIS COMPLECTENS

VISITATIONI SVBIACENTIA,

AC DIVERSOS VISITANDI
modos omnibus, qui huiusmodi munus
gerunt, admodum vtile, &
commodum.

Auctore F. FELICIANO Comensi Episcopo

VIRTVTIS IC



AE. cap. 2.

Attendite vobis & vniuersitatem gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesias Dei, quia acquisivit sanguine suo.

VENETIIS apud Damiani Zenarium
Die 10^o Octobre M.D.XCII.
Velutque M.D.XXIII.
M. impago.

de la Regio de la camp de Jesus de Gran
MANVALE R.2769 182

VISITATORVM DVOBVS LIBRIS COMPLECTENS

VISITATIONI SVBIACENTIA,

AC DIVERSOS VISITANDI
modos omnibus, qui huiusmodi munus
gerunt, admodum utile, &
commodum.

Auctore F. FELICIANO Comensi Episcopo



Act. cap. 2.

Attendite vobis & vniuersitati gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesias Dei, quia acquisivit sanguine suo.

VENETIIS Apud Damiani Zenarium
Die 10^o Octobre M.D.XCII.
Vitaque M. D. M. impago.

S·D·N· S I X T O V·
P O N T · M A X ·

O P T I M O Q ·



V o d Archipræsuli celeberrimæ Salisburgensis Ecclesiæ opus de Visitatione Ecclesiastica dedicaui, cum in illius dioecesis, ac prouincie gratiam requisitus, vt illi Archiepiscopatu[m] esse posset v[er]sui, illud confecerim: bonorum non minus, quam Doctorum quorundam virorum consilio fretus, qui Volument istud non prouincia Salisburgen[s]i solum, verum etiam ceteris Germaniæ partibus, & cunctis alijs totius Christiani orbis Ecclesijs nō p[ro]aruant esse allaturum utilitatem iudicarunt: in hac vrbe omnium terrarum Christi nomen profitentium Regina & parente typis committendum; & cum benedictione Sanctitatis tuæ Christi in terris Vicarij, ac totius ouilis Domini ci pastorum omnium principis, vnde & quæ Deo placita, & hominibus salutaria sunt deducuntur, euulgandum duxi. A te

2 † enim

enim tanquam à capite , fonteque vberri-
mo auctoritas omnis regendi , visitandiq;
facultas & potestas in alios omnes ema-
nat,atq; dependet. Tu inquam pastorū
omnium summi Pastoris Iesu Christi do-
mini nostri in terris Vicarium geris ; ad
quem reformandi, pascendiq; Christiani
orbis solicitude, curaque pertinet; eodē
Domino ad Principem Apostolorum, cui
legitime successisti, dicente; Tu es Petrus,
& super hanc petram edificabo Ecclesiam
meam ; & portæ inferi non præualebunt
aduersus eam : & tibi dabo claves regni
cœlorum , & quodcumque ligaueris super
terram, erit ligatū & in cœlis, & quodcum
que solueris super terram , erit solutum &
in cœlis. Et alibi : Rogauit pro te Petre, vt
non deficiat fides tua; & tu aliquando con-
uersus , confirma fratres tuos . Itēm pasce
agnos meos, pasce oves meas . Propterea
non immerito & res ipsa , & locus iste , &
meum in primis officium efficerūt; vt hoc
ipsū de visitatione opusculum sanctitatis
tuę censuræ, antequam diuulgaretur offer-
rem, vt à Beatitudinē tuę approbatione
ac præsidio principium duceretur , & cum
sancta tua benedictione ad communem

omnium

omnium vtilitatem & commodum in pu-
blicum eluceat . Suscipe itaque Sanctissi-
me Pater opusculum hoc sub vmbra alarū
tuarum euulgandum , æquisque oculis a-
spice : & me , vt antea confueuisti, inter
clientulos, ac seruulos tuos conseruare nō
deditnare, qui summis precibus à Diuina
Maiestate omni mentis affectu contendā ,
vt sanctitatem tuam pro Republicæ Chri-
stianæ salute , & incremento quamdiutif-
simè saluam & florentem seruet, ac tuea-
tur. Romæ Kal. Nouemb. Anno Dom.
M. D. LXXXVIII.

Vestræ Sanctitatis

Humill. Sacellanus , & seruus.

F. Felicianus Comensis
Episcopus.

P R A E F A T I O

AD LECTOREM.

VM recte familiaris, & priuata res eiusque domus geri existimat, quando circumpectus paterfamilias sedulo inspit, tam domi, quam foris rbi prædia habet quid seruorum, quibus officia commissa sunt, quisque agat, qua ratione in suo versetur mune re, quam diligenter mandata conficiat, & quanta si de ac prudentia domini negotia tractet. Quod si paterfamilias secus faciat, domi, otius, & omni rei domestica cura vacans & expers sedeat, seruorum dilectis factisq; plus tribuens, quam oportet, contingit plerunque, ut deceptus ac sua defraudatus opinione in re familiari g; an si am faciat iacturam. Id incom modi ac damni, ut paterfamilias in Euangeliō cuita ret, ad villicum dixisse legitur, Redde rationem villi- Luc. 16.
cationis tuae. Ita in veteri testamento Booz messires Rut. 2.
inuississe, & Patriarcha Iacob (cum ipse non posset) Gen. 37
filium Ioseph, ut videre, an circa fratres suos, & pecora cum ea succederent proffire, & quid ageretur, patri renunciaret, misisse commemorauit. Similis ra tio in republica existit, nisi enim q; quos Deus in imperio, siue Ecclesiastico, siue seculari constituit, oculos longe lateq; coniçiant, & subdiuorum vitam, mo res, religionem, doctrinā, studia & actiones considerent, inquirant, examinent, dirigant, obiungent, & cor rigant,

rigant, facili negotio fit, ut quisque pro suo arbitri a viuat, pudoris effringat repagula, vicia secessetur, violet leges, aliorum existimationi, saluti, & bonis insidiebus; omnia denique inra diuina, & humana cō temnat, perturbet, & euerat, cum enim homo sua pte natura videatur ad malum propensiōr, quam ad bonum, peccandi impunitate in functione virtutis euadit remissor, & in malo nimis flagitiorum licentia deterior. Hinc magistratus despetus, & contem ptio, hinc fallacia nouitatis studia, hinc dissidia, rebellio, schismata, heres, & quenam alia scelerata orū habent. Quia cum ita sint, statui omnino debet, ad statu s publici cum temporalis cum spiritualis rectam conseruationem subditorum tam maiorum, quam minorum inspectionem, qua depravata emendantur, & confirmantur recte acta esse, quam maxime necessaria: Nam & in Genesi habetur; Clamor Sodomorum, & Gomorræorum (inquit Dominus) multiplicatus est, & peccatum aggrauatum est nimis, descendam, & videobo, utrum clamorem, qui venit ad me o pere cōpleuerint; an non est ita ut sciām. In statu re

Gen. 18
dist. 8. 3. ro spirituali quantum momenti visitatio frequens ha memo, beat, quis non videt? Nemo quippe (inquit sacer ca ex S. Greg. & non) in Ecclesia Dei amplius docet, quam qui peruer Brucardo, ac feagens nomen, vel ordinem sanctitatis habet. Declin Joan. quentem nāque hunc nemo redargueret presumit, & d. dist. in exemplum culpa vehementer extenditur, quando & ca. & z. q. 7. pro reuerentia Ordinis peccator honoratur. Quod si ex. Qui Episcopus talium crimina non corrigit, magis dicen nec. Ex. S. dus est canis impudicus, quam Episcopus. Consenti Aug. d. dist. c. 5 re enim videtur erranti, qui ad ressecanda, que corrige

debent, non occurrit. Non facile autem remitti pœnam, sed depravata emendare, & corrigere publice interest, & in hoc summi Dei speratur venia, per quod multorum salus, & incolumentas procuratur. Quare veribus & exemplo moventur omnes, qui ecclesiarum gubernaculis prepositi sunt, ut vigilent, & suum recte current officium. Ait enim Apostolus Paulus;^{Aet. 22.} Attendebo vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo: id quod proflari comode non potest, nisi ex necessitate, quæ per visitationis frequentationem constare debet, opportuna remedia comperta fiant, & explorata. Hinc est, quod Apostolorum Principes Petrus, & Paulus, quas fundauerant Ecclesias, sape & diligenter visitando perlustrare soliti erant, ut eas in fide confirmaret, et prout res postulabat, ad maiorem prefectum adduceret. Eos discipuli sunt egregie imitati Timotheus, Titus, Clemens, & alijs sanctissimi Pontifices Romani, omnesque Episcopi orthodoxi, qui longa temporum serie nullas praeter miserunt cogitationes, nullis laboribus pepercierunt, nullas subterfugerunt vigilias, curas & molestias, quæ ad greges sibi commissos visitandos, & reformatos pertinere videbantur. Cum autem successorum postea solicitude remissior cuaderet, & graui quadam eorum in obeundo, circumficiendo, inquirendo, & reformando somnolentia, visitatio in magnitudine totius Ecclesiastice & Oeconomiae detrimentum ei perniciem per interualla negligeretur, diuersis dieibus ab ecumenicis Conciliis debitè huic malo prouisum fuit, visitatione in prisimum statum restituta, & post

Sess. 24. Sistemo sacr. Conc. Tri. ita sanciuit, ut diaecesis qualiter si. de bet si. quotannis tota propter eius latitudinem visita ri non poterit, saltem maior eius pars, ita tamen ut tota biennio compleatur; visitari non prætermittatur. Quoniam vero non sat est Episcopo, & alijs subditorum curam, ac regimen habentibus, si norint, necessaria esse visitationem annuam ad conservandam, tuendamque sanctam Catholicam Ecclesiam, quæ est corpus Christi mysticum, cuius nos omnes fideles membra sumus, iuxta illud Apostoli, Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi versus corpus sumus in Christo, singuli autem alter et alterius membra: rerum necesse est, scire quid sit id, quod visitare oporteat, ac per quos, & quomodo visitatio ipsa fieri debeat: idcirco ea omnia in hoc opusculo docere, & explicare consilimus, quod ut cōmodius ac planius exequamur, vniuersam visitationis materiam in duos libros distinguerimus; atq[ue] in primis de visitationis essentialia, ac materia, & de visitatoribus ipsis agetur: in altero vero diuersi visitandi modi ac formulae iuxta diuersam personarum ac locorum exigentiam tradentur. Quo circa non est silentio prætereundum, pleraque alia extare opera, illud velut insigne, quod ante annos septuaginta sub titulo baculi Pastoralis Parisie in lucem prodijt, & aliud nuperime à Paulo Fusco Sarnensi Episcopo, teriumq[ue] à Michaele Timotheo I.V.D. necon alia nonnulla similia doctissime cōscr̄pta in publicumque emanata, hanc ipsam de Visitatione materiam, cumulatissime non minus quam doctissime differentia, atque tractantia: quorum nihil nos

nos hoc in volamine recensere intendimus, ne frustra
ab alijs dicta repetere videamur, cum ea duntaxat,
qua ad visitantium actum practicum (ut ita loqua-
mur) pertinent, vsui accommodata, & practica per
necessaria, in eo tradere decreuerimus; inde propte
rea ei nomen merito, iureq; optimo Manuale Visitato-
rum inscrpsimus; vt continuo facile p; manibus
habeant; Quid opus vniuersum quante sit utilitati
ac commodiati eisdem Visitatoribus & visitandis
futurum, quisque per se ex ipsa lectione facile intelli-
get: quia tantam inde sunt comparaturi utilitatem
p; manibus hoc nostrum Volumen in Visitandi o-
nere positi habentes, vt licet hanc visitandi regulam
penitus ignorent, perleto Volumine, non apti solum
ad visitanduni euadet, sed facili negotio de huiusmo-
di re, ac si totum sua vita tempus visitando consum-
psissent, differere, aliosq; docere (quoad practicam)
valebunt. Qui vero latius totam hanc de visitatione
materiam videre voluerint, supradictorum doctissi-
morum virorum libros adeant: etenim haec ad practi-
cam tantum (vt diximus) eamq; breuem ac facilem
spectant.

TITV-

INDEX
TITVLORVM,
OMNIVM, QVI
IN HOC OPERE
CONTINENTVR.



- IEBRI primi Proæmium. pag. I.
Quid sit visitatio, qui eius finis, &
qua materia, circa quam versa-
tur. Tit. Primus. 2
Quibus in rebus sint Ecclesiastici
visitandi, & in quibus Laici. Ti-
tulus ii. 5
Visitandi munus ad quos pertineat. Tit. iii. 7
Quomodo Visitatores inter visitandum se gerere de-
bet. Tit. iiiij. 15
Ordo tenendus in visitatione generali tam locali,
quam personali. Tit. v. 19
Ratio visitandi qualescunque personas ecclesiasticas
nō regulares, & earum obligationes, necnon quas-
cunque ecclesiæ seculares, facella, beneficia, &
eorum bona. Tit. vi. 23
Ratio visitandi qualescunque Ecclesiæ & beneficia
ad ius patronatus aliquorū pertinentia. Tit. viij. 30
Ratio visitandi confraternitates, hospitalia, & alia
quæcunque pia loca cum eorū bonis ac ministris.
Titulus viij. 34

Pana

Panæ, quibus afficiuntur & plectuntur omnes tam piæci, et arclerici cuiuscunque sint gradus, status, vel præminentie etiam patroni, qui cuiuscunque ecclesiæ, beneficij, Montis pietatis, vel quorum cunque aitorum piorum locorum, qualiacunque bona, vi i prouentus ad ministrorum et pauperum necessitates designatos, &c. quorumcunque per se, vel per alius usurparint, &c. Tit. ix.	37
Ratio visitandi laicos tam supremos, quam infimos. Titu. x.	39
Ratio visitandi qualiacunque regularium virorum monasteria, domus, & collegia. Tit. xj.	45
Ratio visitandi monasteria virorum commendata. Titu. xii.	58
Ratio visitandi monasteria sanctimonialium. Titu- lins xiiij.	61
Constitutio Sacrosancti Concilij Tridentini de man- danci executioni predicitis rebus omnibus visita- tionem ac reformationem utriusque sexus reli- gioferum concernentibus. Titu. xiiij.	64
De sumptibus, qui à Visitatoribus fieri debent. Ti- tulus xv.	66
Libri Secundi Proœmium.	78
Ærcmonia seruanda in susceptione Metropoli- tani, aut Episcopi, necnon Legati, seu Nunciij Apostolici, ciuitatem, aut oppidum aliquod insigne visitanae gratia ingredientis. Tit. Primus.	79
Forma & modus visitandi qualiacunque Ecclesiam. Titulus ii.	83

Forma

Forma visitandi qualiacunque beneficia, & eorum prouentus. Tit. iii.	95
Forma & modus visitandi Episcopos, & superiores, eorumq; familiares, si Visitator fuerit Apostolicus, iuxta prescriptiæ Romane visitationis. Tit. iiiij.	96
Forma & modus visitandi Canonicos etiam dignita- tes, capellanos, beneficiatos, & alios quoque me- clericos Metropolitanæ, seu cathedralis, aut coie- giate Ecclesiæ. Tit. v.	105
Forma & modus visitandi parochos, beneficiatos, et alios quoque clericos circa natalia, ordines, vi- tam, mores, atque eorum sufficientiam & obli- igationes. Tit. vi.	114
Forma & modus visitandi, & examinandi eosdem curam animarum habentes, circa cultum Iuiniū, ceremonias, Missarum celebrationem, & praesili- tionem, atque honorum Ecclesiæ conseruationem. Titu. viij.	115
Forma & modus examinandi eosdem Sacerdotes cu- ram animarum gerentes circa Sacramentorum ad- ministrationem. Tit. viij.	122
Examen eorundem Sacerdotum circa alia Ecclesiæ dogmata. Tit. ix.	131
Modus visitandi, & inquirendi de vita, & moribus laicorum. Tit. x.	138
Modus visitandi scholas iuuentutis cuiuslibet loci. Titu. xi.	149
Modus visitandi laicorum societas, seu confater- tates. Tit. xij.	154
Modus visitandi hospitalia, ac quæcumque alia loca. Tit. xij.	167
De modo	

<i>De modo visitandi viriisque sexus monasteriorum.</i>	
<i>Tit. xiii.</i>	151
<i>Visitatio Ecclesiæ, Sacrarij, Cemiterij, & officinarum, & officiorumq; in monasterio facienda.</i>	
<i>Titu. xv.</i>	155
<i>Modus brevis, & generalis interrogandi viriisque sexus religiosos ex forma visitatoria Romana desumptus.</i> Tit. xvij.	157
<i>Modus peculiaris, & longior examinandi viros regulares.</i> Tit. xvij.	159
<i>Quæ post omnium conuentualium examen à Visitatore agenda sunt.</i> Tit. xvij.	182
<i>De visitatione monasteriorum Monialium.</i> Tit. xix.	
<i>pag.</i>	
<i>Modus specialis & copiosus examinandi Moniales.</i>	189
<i>Titu. xx.</i>	194
<i>Quæ post omnium Monialium examen à Visitatore agenda sunt.</i> Tit. xxj.	221
<i>Appendix quorundam capitum ad Monialium clausuram pertinencium.</i>	pag. 228

FINIS TITVLORVM.



INDEX EORVM, QVAE IN MARGINE PER ORDINEM

ANNOTANTVR.

- V**ISITATIO est diligens quædam inquisitio, ac reformatio in quovis vita statu, iuxta personarum ac rerum necessitatem. pag. 2
Visitationis finis Catholice fidei, & Christianæ disciplinae cōfervatio. 2
Visitatione in ea exercetur ad quæ extenditur iurisdictio. 3
Iurisdictio duplex spiritualis ac temporalis. 3
Iurisdictio spiritualis, &c cōsequenter visitatio in personas, obligationes loca, & bona exercetur. 3
Quæ persona sint visitationi subiectæ. 3
In quæ loca exerceatur visitatio. 4
Quæ bona sint visitanda. 4
Communia in quibus clerici, & laici visitandi sunt. 5
Quæ sint propria ecclesiasticorum in visitatione. 5
Quæ tantum in laicis visitentur. 5
Diuersitas obligationum iuxta personarum qualitatem. 6
Habet ius visitandi, qui iurisdictionem ordinariam in alios habet. 7
Summus Pontifex Romanus habet potestatem visitandi totam Ecclesiam, hoc est, non tam ecclesiasticos, quam etiam laicos omnes, diuersimode tamen. 7
Episcopus est ordinarius dioecesis sua Visitator. 11
Quando


I N D E X.

- Quando Metropolitanus possit visitare dioeceses suorum coepiscoporum. pag. 12
 Archidiaconi, Decani, & inferiores, vbi consuetum est, visitare possunt. 13
 Visitatores à Capitulo deputati debent ab Episcopo approbari. 12
 Superioris Ordinum regularium loca sibi commissum personis visitare, ac reformare possunt. 13
 Episcopi potestas in regularia loca quantum extendatur. 13
 Summus Pontifex Romanus per Legatos, Nuncios, & alios Ecclesiasticos visitare solet, & quare. 14
 Conditiones, seu qualitates in Visitator requisites. 15
 Visitatio generalis duplex, prouincialis & diœcetalis & hæc ab Ordinario, illa vero à Metropolitano fieri debet. 19
 Metropolitanus ex causa in Concilio Prouinciali probata totam prouinciam visitare potest, alias non. 19
 Propriam dioecesim visitans, quo ordine cathedralicam ciuitatem à qua incipendum visitare debat. 19
 Quomodo visitator procedere debeat in reliqua dioecesi visitanda. 20
 Visitator per dioecesim maiores ecclesiæ per se ipsum, & minores per alios idoneos visitare potest. 20
 In visitandis confraternitatibus laicorum quid agere Visitatorem oporteat. 21
 Quid faciliter in visitatione monialium. 21
 Generaliiter ubique inquirendum in visitatione de publicis, & notorijs criminibus, ac prouidentiam. 22
 Commissarij Apostolici ad residentiam suorum beneficiorum

I N D E X.

- neficiorum eam exigentium compellendi pag. 22
 Ecclesiæ, monasteriorum, ac beneficiorum bonorum mobilium & stabilium inventaria confiencia. 22
 Singulis annis libri baptizatorum, confirmatorum, & matrimonium contrahentium Episcopo à parochiis consignandi. 22
 In iungendis parochis, vt singulis annis describant suos sacre mensis Paschalis capaces, & in Paschate factæ confessionis fidè scriptam ab eis habeant. 22
 Absentes tempore Paschali, & postea reuersi, donec non satisfecerint præcepto Ecclesiæ de sacra communione ab Ecclesia viui, & à sacra sepultura morientes arceantur. 22
 Ecclesiastici non regulares cum obligationibus suis ac bonis à proprijs Episcopis visitantur. 23
 Cathedralium ac maiorum Ecclesiæ capitula, eos sumque personæ à suis Episcopis, & maioribus Prælatis, quoties opus fuerit visitari possunt. 23
 In cathedralibus & collegiatis Ecclesijs, quando Episcopus extra visitationem contra aliquem processerit, quid fieri oporteat. 24
 In delictis ex incontinentia, vel alijs atrocioribus, quid Episcopus facere possit, si de fuga timeatur. pag.
 Honor Episcopis tribuendus. 25
 Episcopi Capitulum quando conuocare possunt. 25
 Absente Episcopo vicarius quando non admittitur ad Capitulum. 25
 Non obtinentes dignitates, nec existentes de Capitulo in causis ecclesiasticis Episcopo subiectiuntur. pag.
 Clericus etiam regularis extra monasterium degens Episcopi correctioni subiectus est. 25
 Beneficia Ecclesiastica personalem residentiam requiri

t rentia



I N D E X.

- Presentia obtinetes ab eorum ordinarijs residere co-gantur. 26
Presentati ad Ecclesiastica beneficia non admittantur, nisi à locorum ordinarijs per examen appro-batis; præter nominatos à collegijs generalium ita diorum. 26
Ex assumptione ad honorarios titulos nihil ordina-rijs detrahi. 27
Episcopi Ecclesiæ quascunque etiam exemptas singulis annis visitent. 28
Beneficia curata alicui loco perpetuo vnta ab Or-dinarijs locorum quotannis visitentur. 28
Ecclesiæ seculares in nullius dioecesi existentes ab Epi-scopo proximiori, vel ab eo quem semel Præla-tus loci elegerit, visitentur. 29
Episcopi quando transferre possint beneficia simpli-cia etiam iuris patronatus ex ijs vbi sunt in alias ecclesiæ earundem locorum, seu viciniorum. 29
Parochiales Ecclesiæ ruinoſe quomodo refici de-beant. 29
Parochiales ecclesiæ etiam iuris patronatus, quando & quomodo ab Episcopis transferri possint. 30
Ecclesiæ & beneficia, ad iuspatronatus aliquorum spestantia non à patronis, sed ab Episcopis visi-tanda. 31
Titulus iurispatronatus unde sit. 31
Qui patronatus abrogati sint. 31
Quicunque nominati à patronis ab Episcopo exami-nentur. 31
Patroni beneficiorum in perceptione fructuum ne-ſe ingrant, nec iuspatronatus in alias contra Cano-nicas sanctiones transferant. 32
Que accessiones beneficiorum liberorum ad eccle-sias iurispatronati subiectas valida sint, & que non. 32
Qui

I N D E X.

- Qui patronatus reuocandi sint, & qua ratione. 33
pag.
Hospitalia ab Episcopis visitanda, item confraterni-tates laicorum, & alia pia loca. 34
Episcopi piarum dispositionum executores. 34
Administratores fabricæ cuiusvis Ecclesie, hospita-lis, confraternitatis, ac p[ro]p[ri]o loci ratione admini-strationis ordinario reddere tenentur. 35
Beneficia obtinentes hospitalitatis officium exer-ceant. 35
Obtinentes hospitalia, seu alia pia loca, hospitalita-tem quam debent, ex feueribus adiu exerceant. 35
Hospitalium institutionis eseltum: non habentium fructus in aliud plium vsum ex Ordinarij iudicio conuertendi. 36
Hospitalitatis munus qui debent, non exerceentes, per ordinarios compelli, & priuari possunt. 36
Administratio hospitalium, ac quoruncunque pio-rum locorum vni ultra triennium non commit-tenda. 37
Visirantes, & impudentes quomodo cu[m]que perce-pitionem fructuum cuiuscunque ecclesiæ; benefi-cij, ac p[ro]p[ri]o loci in ministrorum ac pauperum vsum conuertendorum ea communicationi subiacent. 37
Patroni id facientes etiam iurepatronatu, & clericii eri, in beneficijs priuantur, & inhabiles ad alia ef-ficiuntur. 38
Laici Episcoporum iurisdictioni subiacent. 39
Qui, unque laici etiam in summo gradu constituti summi Pontificis Romani visitationi, & corre-ctioni subiunt. 39
Poorifices Romani, Reges, & Imperatores excom-municant ac deposuerunt. 40
Locorum ordinarijs in partem solitudinis Aposto-licæ assump[er]is etiam obediendum. 40
Episcop-

I N D E X.

Episcopus non debet subesse Principibus, sed præf- fe.	pag. 41
Episcopi Principes excommunicarunt.	42
Episcopi laicos etiam primarios antecedere debent. pag.	43
Increpantur Episcopi, qui dominis laicis loco cedunt & interciunt.	43
Principes ius Ecclesiarum restituunt, & subditos erga clerum, parochos, & alios Superiores reuerentia & obedientiam exhibere current.	44
Religioforum in varios gressus distinctio.	45
Monasteria per se Sedi Apostolicae immediate subie- cta tenentur ex decreto Concil. Trid. scie in con- gregations redigere.	47
Monasteria prædicta in congregations se redigere recusantes, locorum ordinarijs subduntur.	47
Monasteria per se Episcopis subiecta, ab eisdem visi- tari ac reformari debent.	47
Monasteria in congregations redacta, quæ sub Epi- scopis erant, ab eorum subiectione non eximun- tut.	48
Quomodo visitatores regulares congregationum no- n exemptiarum debeat procedere.	48
Quid dioecesanos Episcopos circa congregations no- n exemptas agete conueniat.	49
Prælatus alicuius monasterij huiusmodi bonorum di- lapidator in vificatione repertus, vel alias merito amouendus, per dioecesanum à Visitatore admoni- tum amoueat, & de alio magis idoneo prouide- reatur monasterio.	50
Complura monasteria ab Ordinarij, iurisdiccionis exem- pta, & in congregat. olim redacta superioribus an- nis à congregations fe subtraxerunt, vt libe- rius viuere possint.	51
Monasteria in congregations exemptas redacta per Generales	

I N D E X.

Generales ordinum, & alios regulares subordina- tos visitantur ac reformantur.	52
In diuersis casibus, qui sequuntur regulares exempti etiam Episcoporum obedientia subiacent.	53
Nulla renunciatio, aut obligatio etiam turata ante professionem facta valeat, nisi cum licentia Episco- pi, aut eius vicarij fiat intra duos menses proxi- mos ante professionem & secuta sit professio.	53
Regularis è religione ex ingressus, vel professionis defectu aliquo discedere volens non audiatur, nisi intra quinqueannum tantum à die professionis, & deductis causis coram Superiore, & ordinario.	54
Regulares à conuentu suo sine licentia Superioris re- cedens ab ordinario puniri potest.	54
Similiter qui in vniuersitate studij causa existens in conuentu non habitat.	54
Regularis exemptus extra claustra notorie delinques- cum scandalo populi, si à superiore intra tempus ab Episcopo præstitutum non puniatur, potest ab Episcopo puniri.	54
Regularis cuiusvis ordinis extra monasterium deges, si deliquerit ab ordinario punitur.	54
Beneficia curata monasterijs, collegiis, seu piis locis quibuscumque perpetuo vniata ab ordinariis loco- rum annis singulis visitari debent.	55
Ecclesiæ parochiales, monasterijs, sive aliis benefi- ciis, aut locis in posterum non vniuantur, & vnitæ reuideantur ab ordinariis.	55
In monasteriis, quibus imminet animarum cura, per- sonæ de familia, & huiusmodi curam exercentes, quod curam ipsam & sacramentorum administra- tionem, Episcopo immediate sublunt.	55
Regulares in ecclesiis suorum ordinum habita iam su- periorum approbatione, sine Episcopi benedictio- ne, & in aliis sine eiudem licentia prædicare non possunt.	† 3

I N D E X.

- possunt pag. 56
 Contra regularem Prædicatorem scandalum, aut errores seminarantem Episcopus procedere potest. 56
 Censuræ & interdicta etiam ab Episcopis promulgata ad mandatum Episcopi in regularium ecclesiis publicari ac seruari debent ; similiter dies festi ab Episcopo per dioecesum præcepti 57
 Controversias de præcedentia in processionibus, exequiis, & similibus, Episcopus componat. 57
 Exempti ad processiones vocati accedant. 57
 In monast. virorum ubi commode potest, ut lectio scripturarum habeatur ab Episcopis curandu. 57
 Monasteriorum commendatorum diuisio. 58
 Monasteria commendata , quæ per se sunt, sive sedi Apostolicæ, sive Episcopis substant, à locorum ordinariis, ut alia beneficia omnia commendata, visitari annis singulis debent. 58
 Monasteria commendata in congregations ab Episcopis subiectas redacta eisdem Episcopis subiacent. 59
 Monasteria commendata in congregations Episcopis exemptas redacta Ordinum Superioribus subfunt, ab eisque visitari debent. 59
 Superioribus ordinum, huiusmodi monasteria commendata congregationum exemptarum visitare negligentibus Episcopi post admonitionem, ac certum tempus supplere possunt. 60
 Monialium monasteria varie distinguuntur. 61
 Monasteria Monialium Episcopis subiecta, sive sunt congregationibus incorporata, sive non, & quæ se di Apostolicæ immediate substant, à locorum Episcopis gubernari, ac visitari debent. 61
 Monialium monasteria sub obedientia ac regimine ordinum exemptorum existentia ab eorundem ordinum Superioribus reguntur ac visitantur. 61
- Monialium

I N D E X.

- Monialium monasteriorum quorumcunque etiam exemptorum clausuram Episcopi visitare possunt. 62
 pag.
 Nulla Monialis post professionem exire à monasterio potest, nisi ex causa legitima per Episcopum approbanda. 62
 Monialium monasteria extra mœnia urbium, vel oppidorum constituta, intra rurbs vel oppida reducenda. 62
 Pueri voluntatem ante habitus susceptionem, & item ante professionem Episcopus, vel alius ab eo deputatus explorare deberet. 63
 Renunciatio, aut obligatio Monialis etiam iurata non valet, nisi cum licentia Episcopi, aut eius Vicarii infra duos menses proximos ante professionem facta, & lequuta professione. 63
 Moniali ante professionem abeunti oia restituenda. 63
 Ex Concilio primo Lateranen. certus Visitatoribus statuit electioni modus, quem augeri non licet, minui autem sic, iuxta Ecclesiarum facultates. 66
 Ex constitutione Innocentii Quarti Visitator procurations non in pecunia, sed in virtualibus accipere, & nullum munus ipse, aut suorum quisquam recipere debet. Salua tamen quoad hoc regulari conuetudine approbata. 67
 Ex constitutione Gregorii X. Visitator, qui officio non impenso procurationem in virtualibus, vel loco procurationis ex visitatione debitate pecunia recipit, aut munera accipit, sub certis poenis duplum restituere tenetur. 68
 Ex constitutione Bonifacii Octavi potest visitator à volentibus accipere pecuniam pro moderata procuratione in virtualibus. 70
 Similiter visitanti non licet vno die nisi unam procurationem
- 4 curationem

I N D E X.

- Eūrationē recipere, siue vnum solum, siue plura
visitet loca. pag. 70
- Iuxta glossam ex dispensatione Papæ, Prælati plura
loca uno die possunt visitare, & à quolibet recipere
integram procurationem ex iuxta tamen causa.
pag. 71
- Consideratio Auctoris circa sumptus à Visitatori-
bus faciendoſ. 71
- Circa sumptus Visitationis duo maxime consideren-
tur, persona Visitatoris, & locus visitandus. 71
- Si visitator est Episcopus qualem comitatum habere
debeat. 71
- Si locus visitandus est inops, suppletat Episcopus de
fuo, aut pauciores secum assumat. 72
- Si Episcopus habet epulentam ecclesiam, vel iurisdi-
ctionem temporela adiunctam, aut est ex illustri
familia, potest assumere maiorem comitatum dum-
modo propriis sumptibus id fiat. 72
- Episcopus ex magna familia existens, & diuitiem nō
habens ecclesiam, si multo comitatu familiæ ſue ha-
beri rationem volet, non aggrauerit visitandoſ, sed
propriis familiæ impensis id faciat. 73
- Episcopi substitutus eum habeat comitatum, quem
Episcopus concesſerit sine grauamine visitando-
rum. 73
- Inferiorum Episcopo duplex iurisdictionis Episcopalis,
aut simplex. 73
- Visitator Episcopalem habens iurisdictionem, qua
de Episcopis dicta fuit obſeruet. 73
- Habentes simplicem iurisdictionem, vt ordinum pre-
lati, quiske ſead proprium institutum confor-
met. 73
- Quot famulos debeat habere Visitatores. 74
- Quales eſſe debeat visitantium procurations. 74
- Praeter procurationes nemo exactionem faciat, vel
munera,

I N D E X.

- munera, aut aliiquid pro visitatione accipiat. 75
- Regulares Visitatores, quid circa procurationes face-
re poſſint. 75
- Ex conc. Tri. Visitatores, aut quisquam fuorum nihil
procurationis cauſa pro visitatione, nec pecunia,
nec munus accipiat, exceptus viſtualib. aut pro eis
à volentibus certa pecunia taxata, antiquorum ta-
men conuenctionum iure cum monasterijs, pijs lo-
cis, aut ecclesijs non parochialibus faluo. Vbi au-
tem conſuetudo eſt, vt nihil accipiatur, omnia gra-
tis fiant. 75

Finis Indicis Primi Libri.

INDEX SECUNDI LIBRI.

- 
- R D O recipiendi Metropolitani-
au Episcopum, vel Nuncium Apo-
stolicum, & in ecclesiam introdu-
cendi. pag. 79
- Quando confirmatio conferenda.
pag. 82
- Quando sacra vasa, &c vestes benedi-
cenda. 82
- Sacrosancta Eucharistia visitatio. 83
- Sacrorum oleorum visitatio. 84
- Fontis baptizandorum visitatio. 84
- Libri baptizandorum, & confirmatorum inspectio. 85
- Libri matrimoniorum inspectio. 85
- Sanctorum reliquiarum visitatio. 85
- Altarium visitatio. 85
- An in medio ecclie Cūs magia habeatus. 87

I N D E X.

An imagines Sanctorum habeantur hincinde per ec-	
clesiam.	87
Sacerdii visitatio.	87
Rerum sacra:um, & ornamentorum inspectio.	87
Misstarium, atque aliorum librorum pro choro, & fa-	
cramentorum administratione inspectio.	89
Quomodo sacramentum vterium defectibus prouiden-	
dum.	90
Inuentarium omnium reddituum inspectiatur.	90
Alloram ecclesiarum locorum visitatio.	90
Vasis aquæ benedictæ visitatio.	91
Item tectorum, atque parietum.	91
Item fenestrarum.	91
Item pavimenti ecclesiarum.	91
Informacio suscipienda quomodo immunitas, & de-	
cor ecclesiæ custodiantur.	91
Inspectio turris, & campanarum.	92
Cemeterij visitatio.	92
Quid cù ecclesiæ ruinosis, vel collapsis faciendū.	93
Defectibus quarum: unque rerum sacrarum, & alia-	
rum ad ecclesiam spectantium quomodo proui-	
dendum.	93
Beneficiorum visitatio.	94
Episcopi ac familiarium eius visitatio.	95
Episcopis residentiam esse necessariam, & ob quas	
præcipue causas.	96
Vicarii generalis visitatio.	102
Notariorum curiarum Episcopalis visitatio.	104
Canonorum, vel aliorum clericorum Metropolita-	
na, seu cathedralis, aut collegiatæ ecclesiarum visita-	
tio.	104
Examen parochorum, & aliorum clericorum cuiuscun-	
que ecclesiarum non collegiatarum.	105
Examen circa cultum diuinum, & ceremonias.	111
Circa Missarum celebrationem.	117

Circa

I N D E X.

Circa prædicationes.	pag. 119
Circa conseruationem bonorum Ecclesiarum.	121
Examen circa sacramenta in communi, & eorum ad-	
ministracionem.	122
Circa baptisnum.	123
Circa cognitionem spiritualem.	123
Circa confirmationem.	124
Circa penitentiam.	124
Circa sacram Eucharistiam, & eius sumptionem, seu	
communionem.	127
Circa infirmos.	128
Circa extremamunctionem.	128
Circa defunctorum sepulturam.	129
Circa matrimonium.	129
Circa fidei articulos.	131
Symbolum Apostolicum in 14. articulos secundum	
quoddam distinctum.	131
Primi quatuor fidei articuli in maiestatem diuinitatis.	132
Septem fidei articuli in humanitatem Christi.	133
Reliqui tres fidei articuli in eandem diuinitatis maie-	
statem.	133
Idem symbolum ex aliorum sententia in 12. articu-	
los distributum.	133
Primi tres fidei articuli in diuinitatem.	133
Articuli sex in humanitatem Christi.	133
Reliqui tres articuli in diuinitatem.	134
Alia distinctio eorumdem 12. articulorum.	134
Circa præcepta Decalogi.	134
Circa præcepta ecclesiarum.	135
Circa dies festos.	135
Circa ieiunia.	135
Circa virtutes Theologicas.	135
Circa virtutes Cardinales.	136
Circa dona Spiritus sancti.	136

De

I N D E X.

De gratia Dñi.	136
Circa beatitudines Euangelicas.	137
De misericordia & eius operibus.	137
Circa hominis nouissima.	138
Visitatio laicorum.	138
Visitatio scholarum iuuentutis.	143
Visitatio confraternitatum.	144
Visitatio hospitalium.	147
Visitatio aliorum piorum locorum.	150
Visitatio monasteriorum vtri usque sexus, in communi.	151
Qualem esse oporteat Visitatorem Monasteriorum pag.	152
Orationes, & alia ante visitationem religiosorum præmittenda.	152
Exhortatio Visitatoris ad religiosos visitandos.	154
Visitatio sacrosanctæ Eucharistie.	155
Visitatio sacrorum oleorum, & fontis baptismalis, si ecclesia fuerit parochialis.	155
Visitatio altarium, & omnium rerum sacrarum, paræmentorum, & librorum choraliæ.	155
Inipiciatur vas aquæ benedictæ.	156
Visitentur defunctorū sepulchra tam cemiterij, quam ecclesiæ.	156
Aedificiorum & locorū monasterii inspectio.	156
Visitatio Superiorum.	157
Examen circa cuiuscunque personam.	159
Examen circa cultum diuinum.	162
Examen circa fidei catholice conferuationem.	163
Examen circa communes regulares institutiones.	164
Examen circa vota.	168
De voto obediencia.	167
De voto castitatis.	170
Examen circa vitam & administrationem Prælati, & aliorum officialium.	172

Examen

I N D E X.

Examen circa alios officiales, & primo circa substitutum Prælati.	176
Circa œconomum.	176
Circa Sacra <small>m</small> ta.	179
Circa alios officiales inferiores.	180
Examen Prælati, & eius substituti, circa vitam regularem Conuentualium.	181
Quid agendum cum delinquentibus.	182
Quam caute in accusatione Prælatorum debeat procedi.	183
Registra bonorum, prouentuum, & eleemosynarum examinanda.	183
Provenerunt annui considerentur, an pro fratribus sustentatione sufficiant, vel non.	184
Ineunda ratio dissoluendi debita, si quæ reperta sunt pag.	184
Intelligat Visitator, an œconomus, & quilibet officialis aliis pecuniam exponens singulis mensibus, vel quotiens in anno rationem redditus lux administrationis.	184
Quid in carta visitationis complectendum sit.	185
Quæ ad finem visitationis circa defectuum correctionem, adhortationem, publicam confessionem, absolutionem, ac benedictionem praestanda sint.	185
Ante visitationis inchoationem, quæ Visitatorem age re oporteat cum Monialibus.	189
Chori, & ecclesiæ diligens inspectio.	189
Sacrosanctæ Eucharistie visitatio.	190
Sacri olei infirmorum inspectio.	191
Calicum aliarumque sacrarum rerum inspectio.	191
Fenestrelæ communiovis inspectio.	191
Confessionalis visitatio.	191
Visitatio clausura totius monasterii.	191
Rotarum inspectio.	192
Collocutorii perlustratio.	192
	199

Januarum

I N D E X.

Ianuarium clausuræ inspectio.	192
Dormitorii, & aliorum locorum inspectio.	192
Liberorum Monialium visitatio.	193
Officiorum inspectio.	193
Aedificiorum consideratio.	193
Vbi fiat exame singularum Monialium.	193
Examen circa vitam & profectum cuiusque.	194
Examen circa cultum diuinum, confessionem, & communionem.	199
Examen circa fidei Catholice consecrationem.	201
Examen circa communes regulares institutiones.	201
pag.	202
Examen circa Praelatam.	204
Examen circa vicariam, siue substitutam.	208
Examen circa magistrorum nouitiarum.	208
Examen circa Sacrism.	209
Examen circa economiam.	210
Examen circa ianitrices, rotarias, auditrices, & clausuram ipsam.	211
Quomodo clausura seruetur.	213
Examen circa alias officiarias.	214
Examen circa tria vota.	215
Examen circa votum obedientie.	215
Examen circa votum castitatis.	217
Examen circa votum paupertatis.	218
Examen Praelatæ, & eius substituta.	220
Modus procedendi contra Moniales delinquentes.	221
pag.	221
In querelis contra Praelatam, aut aliam è Senioribus, quæ seruanda ratio.	222
Registra bonorum, pioventuum, & eleemosynarum revidenda.	222
An economa singulis mensibus, vel sâkem in quatuor anni temporibus suæ administrationis rationem reddat;	223

Carta

I N D E X.

Carta visitationis condenda.	223
Exhortatio habenda ad corrigendos defectus.	224
Culpa à Monialibus publice dicenda.	225
Culpa à Praetate petenda.	225
Carta visitationis Monialibus tradenda.	225
Admonendis moniales, ut pro Prelatis, Principibus ac beneficioribus orient.	226
Confessio & absolutionis generalis vñacum benedictione.	226
De ingressu intra clausuram Monialium, & poenis contra violatores statutis.	228
Causa ob quas Moniales extra clausuram ad tempus exire, & de quorum licentia possint, cum poenis contra transgredientes decretis.	230
Ianue vñteriores secularibus patentes extra clausuram cenfentur.	231
Prouisio pro monasterijs Monialium necessarijs, ad vitæ sustentationem indigentibus, cum ad colligen das elemosynas tum ad numerum excessivum monialium immobiliuendam conducens ne clausura violetur.	231
Medietas quarumcunque eleemosynarum ex proutibus ecclesiasticis ab immemorabili tempore per quoscunque tantum ad victum & alimenta pauperum distribui consuetarum, vel etiam ex testamento, aut alia dispositione etiam inter viros prouenantium monasterijs calufis egenitibus, & in eisdē locis, vbi prædictæ eleemosynæ fiunt conuentibus applicata, donec aliter prouisa commodam fortiauant sustentationem.	233
Cõflanguinei Monialium huiusmodi indigentij persuadendi ab ordinarijs, ut subsidium charitatis eis conferant.	234
Conuerse professæ, quæ eleemosynas colligebant sub	

INDEX.

sub clausura reducantur , vbi alia ratione monaste
rijs de necessaria sustentatione prouisum est : non
professe vero ac profiteri nolentes ablato habitu
dimittantur ,

pag. 234

Finis Indicis Secundi, & ultimi libri.



PROLOGUS.

DE VISITATIONE LIBER PRIMVS.



PROOEMIVM.

VONIAM in p̄fatione huius
operis , rerum omnium tractan-
darum distributionem in partes ,
sive libros duos suscepimus facie-
dam , atque in eorum priore nos
acturos duximus , tam de ijs re-
bus , que visitationi sublunt , quam
de personis , ad quas officium pertinet visitandi , id
iam facere aggrediemur . Et quia ipso ylo experti su-
mus inueniri quamplurimos , qui visitationem , vt
effugiant , diuersas prætexunt , & effingunt exem-
ptiones , vel quo ad personas , aut quoad loca , vel
quoad bona , aut bonorum administrationem ,
eam ob causam nos ad omnia ex sacris canonibus
maxime Tridentini Concilij rationes adiecimus ,
quibus impedimenta huiusmodi remoueri , & res
bene explicari , perspicueque fieri posse videban-
tur . In primis itaque docēbimus , quid sit visita-

A tio

2. DE VISITATIONE

tio, qui finis, & quæ eius materia, circa quam versatur; deinde quibus in rebus sint ecclesiastici visitandi, & in quibus laici: visitandi munus, ad quos pertineat, quomodo se in visitatione gerere debeant. Visitatores: qualis ordo seruandus sit in generali visitatione tam locali, quam personali, qua ratione sint visitandi ecclesiastici seculares, cum locis, beneficijs, ac bonis suis: item ecclesiæ, ac beneficia ad iuspatronatus spectantia. itemque confraternitates, hospitalia, & alia pia loca cum bonis ac personis; quas poenam incurvant etiam patroni ecclesia, vel p[ro]p[ri]j loci bona, aut prouentus viurpantes: quo pacto sint visitandi laici, quo virorum monasteria, & collegia etiam commendata, & quo sanctimonialium: ac demum quales sumptus facere Visitatores debeant, quibus omnibus recte (vt speramus) ad finem perductis, priorem librum aboluemus.

**QVID SIT VISITATIO, QVI EIYS
finis, & quæ materia circa quam versatur.**

TITVLVS PRIMVS.

Visitatio est diligens quædā inquisitio, ac refutatio in quouis visita ita, iuxta personarum, ac rerum necessitatem.



Visitationis fitnis catholicae fidei, & christianissimæ disciplinae confervatio.

VISITARE nihil aliud est, quam excessus inquirere, & inquisitos castigare, & emendare, atque obseruantiam obligationum iuxta cuiusque personæ, ac rei exigentiam, vbi adhuc viget, conferare, & vbi defecit, in statum pristinum restituere, & ex eo proprius visitationis finis esse attenditur, vt in quo quis vice statu iuxta vi- nius cuiusque obligationem omnia rite peragatur. self. c. 11
Hinc illa sacrosancti Coacilij Tridentini verba: Visitationum

LIBER PRIMVS.

stationum autem omnium istarum præcipuus sit scopus, sanam orthodoxamque doctrinam expulsis heresis inducere, bonos mores tueri, prauos corriger, populum cohortantibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere: cætera, prout locus, tempus, & occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium frumentum constitutre.

Vt autem intelligas circa quid versetur visitatio, illud in primis debet aduerti, à nemine visitationem exerceri posse, nisi in id, in quod habet iurisdictionem, vt docetur cap. 18. de censibus, exact. & procreationibus. & in gloss. ibidem; cum que iurisdictio duplex sit, altera temporalis, & spiritualis altera, & de hac sola præfensi sermo noster sit institutus aperte constat visitationem, de qua nos tractare intendimus, in ea tantum exerceri, ad quæ iurisdictio ecclesiastica se extendit. Cum autem spiritualis iurisdictio, personas, & earum obligaciones, loca, ac bona complectatur, etiam visitatio in eis ipsis exercetur.

Personæ, in quas ecclesiastica visitatio cadit, sunt omnes utriusque sexus Christiani, non solum ecclesiastici, sed etiam seculares. Quoad ecclesiasticos, quia nemini sanæ mentis dubium esse potest, nullam afferam probationem, ne in re perspicua videar superuacaneus. Quo vero ad laicos, quis mentis tam erit impos, aut ignarus, qui non fateatur omnes laicos, tam Principes ipsos, quam inferiores, in his quæ ad salutem animarum pertinent, ecclesiastici Pastoris curæ, & regimini esse subiectos? debet enim quiuis laicus cuiuscunque sit dignitatis & excellentiæ, Episcopum proprium, ut animæ pastorem, & iudicem suum spiritualem agnoscere, reueneri, & obseruare, ab eoque visitari.

Visitatio in ea exercetur, ad quæ extendetur iurisdictio.

Jurisdictio duplex sp[iritualis], ac temporalis.

Jurisdictio sp[iritualis], & consequenter visitatio in eis, non obligaciones, loca, & bona exercetur.

Quæ personæ sunt visitationi subiectæ.

tari, & cofrigidi dicente Apostolo: Obedite Præfatis libet positis vestris, & subiacete eis, ipsi enim perungi possunt, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: quod & diffusius docebitur inferius. Si itaque tam seculares, quam ecclesiastici cuiuscunque sint gradus, status, conditionis, vel præminentia ecclesiastica visitationi subesse debent; ergo & obligationes ipso um, quas habent ad Christi Ecclesiam, cuius sunt membra, eidem subiectæ erunt visitationi.

In qua loca exercatur visitatio.

Loca, ad quæ extenditur visitatio ecclesiastica, sunt Ecclesiæ, Monasteria, Hospitalia, & Clericorum, necnon viriisque sexus regularium domus, immo etiam iacorum ædes interdum, & habitacula, ratione imaginum, aut libitorum suspectorum, & id genus anorum, de quibus inferius agetur verius. Sub nomine Ecclesiæ intelliguntur Patriarchales, Primitiales, Metropolitanæ, Cathedrales, Collegiate, Parochiales, Beneficiales, & quæcunque alia, etiam minima facella, altaria, aut capella monasteriorum appellatione non modo viriisque sexus regularium claustra, verum etiam heremitarum, omniumque personarum religiose viventium domus continentur. Sub vocabulo, Hospitalium, omnia pia loca etiam confraternitatum comprehenduntur, ut rectissime tradit Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 8. reform.

Quæ bona sunt visitanda.

Bona vero visitationi subiecta, sunt non ea solum, quæ à prædictis Ecclesijs, & locis posidentur, sed alia etiam omnia ad sustentationem quærumcunque clericorum, pauperum, & similibus, à Christianis pie legata, & destinata. Huiusmodi bonorum quedam sunt immobilia, velut agri, prata, campi, vineta, domus, census, iurisdictiones

nes

ges temporales, & similia, alia mobilia, vt calices, cruces, imagines, vasa præsertim argentea, & aurata, ctenodia, sacra vestes, & ornatii, pecunia, fructus apiorum, domesticæ suppelleables, armamenta, idque genus alia. Itemque omnes libri, de quacunque re differant, non tam ecclesiastico-rum, quam etiam laicorum cuiuscunque gradus conditionis ac præminentia existant. *QVIBVS IN REBUS SANTÆ ECCLESIASTICÆ VISITANDI, & IN QIBUS LAICI.*

TITVLVS SECUNDVS.

Si quis rogauerit, quibus in rebus visitandi sint ecclesiastici, & in quibus laici, dicemus quedam esse communia virisque, & alia propria. Communia sunt hæresis, libri prohibiti, excommunicati, non confitentes, & continuantes Paschali tempore, vltra, simonia, adulterium, fornicatio publica, sacrilegium, sortilegium, incantatio, diuinatio, & similia crimina notoria.

Propria Ecclesiasticis, uestitus, tonsura, horarum precatio, ecclesiæ seruitium, cōuersatio, vita honestas, obedientia, castitas, mores, choreæ, venatio, lulus, arborum deportatio, mercatura, epopolij frequentatio, & regularibus etiam paupertas, regule, constitutionum, & clausuræ observatio, & huiusmodi alia.

Propria laicis, contractus matrimonialis in gratiis prohibitis citra dispensationem Apostoliæ, solemnis nuptiarum tempore ab Ecclesia inter-

Communia
in quibus eccl
esi & laici vi
sitandi sint.

Quæ sunt pro
pria eccl
esiæ in vi
sitatione.

Quæ tantam
in laicis vi
sitantur.

6 DE VISITATIONE

terdicto celebratio , aut non præmissis proclamacionibus, vel absque interuentu proprij Sacerdotis, & clericum, comimixtio carnalis in gradibus prohibitis sub pretestu matrimonij , & spe consequente dispensationis, coniugum separatio, denegatio debiti matrimonialis , & alia similia.

Diversitas obligationum iuxta personarum qualitatem .

Idem etiam dicendum est, circa obligationes, quæ in visitationibus considerandæ sunt, & varie reperiuntur: cum aliquæ omnibus Christi fidelibus communes sint, & alia ecclesiasticis tantum, quædam uero pitorum locorum officialibus, & nonnullæ solum laicis. Omnibus communes quotidie orandi ad minus precationem Dominicam, Anglicanam salutationem, Symbolum Apostolicum, & decem Decalogi præcepta, ad confirmationis sacramentum, ubi debita ætas adest, accedendi, abstinendi a carnibus, & ieiunandi diebus ab Ecclesia præceptis, dies festos agendi, ijsque Sacrum audiendi, semel ad minus in anno sacram Eucharistiam, præmissa confessione sacramentaliter accipendi, & similia. Ecclesiasticis tantum alia Prælatis, alia Parochis, & animatorum rectoribus, alia pitorum locorum officialibus, alia clericis, & alia regularibus. Prælatis, ut recte presine iuxta cuiusq; Ecclesiæ, vel Monasterij institutum. Parochis, ut ecclesiæ suas bene dirigant, maxime circa sacramentorum administrationem, & curam animarū sibi commissarum, quotannis tempore debito, sacra olea mutent, veteribus combustis, aquam Baptisterii, quæ singulis annis renouanda, in undam conservent, semel ad minus in hebdomada, præsertim tempore astuio, sanctissimum Eucharistiq; sacramentum mutent, diebus Dominicis aquam benedictam renouent, & similia. Aliis rectoribus, ac beneficiatis, ut officiis suis, aut beneficiis diligenter

LIBER PRIMVS.

genter satisfaciant. Clericis simplicibus, ut horas canonicas recitent, templum frequentent, in sacras literas incumbant, & id genus alia. Vtriusq; sexus regularibus, ut regulam, statuta, sanctiones, & constitutiones suas obseruent. Piorum locorum officialibus, ut fideles sint bonorum dispensatores, & omnia cum charitate agant. Laicis uero peculiares quædam spectant ad subditos, ut superiорibus in lictis obedire, filios, aliosque sibi commendatos in Domini timore, & pietatis officiis instituere, & alia huiusmodi; & quædam ad magistratus, ut iusticiam recte administrare, nè mini facere injuriam, nulli honorem, aut bona, fraude, uigil malitiose rapere, & similia. Et de his, atque aliis similibus, diffusus alibi docetur.

VISITANDI MVNVS AD
quos pertineat.

TITVLVS TERTIVS.



VS visitandi ei competit, qui in alios habet iurisdictionem; quapropter cum Summus Pontifex Romanus Episcopus, Christi in terris Vicarius, & B.Petri Apostolorum Principis successor, in universam Ecclesiam tam laicorum, quam clericorum habeat iurisdictionem in eccllesiasticos quidem, & secularies dominio eccllesiastico etiam in temporalibus subiectos absolute; in alios uero laicos (ut in visu est) qui Principibus & magistratibus secularibus temporaliter subsunt, quantum res ad conseruandam corporis Christi mysticæ unitatem, pacem, atque concordiam tuendam,

Habent us visitandi, qui iurisdictionem in alios habet. Summus Pontifex Romanus habet potestatem visitandi totam Eccleſiam, hoc est, non tam eccllesiasticos quam et laicos oēs, diuer simode tamē.

8 ad apicarum salutem procurandam, hereses extirpando, hæresosque lectatores dignis penitentiis, tumultus sedando, seditiones pacando, dissidia tollendo, depravatos mores emendando, crimina infringendo, cunctaque delicta comprehendendo, & id genus alia omnia populo Christiano salvatoria faciendo spectat. Quamobrem B. Bernardus libro primo de confid. ad Eugenium Papam scriptis: In criminibus, non in possessionibus est potestas nostra, quoq;iam propter illas, & non proprieatis accepisti claves regni celorum, prævaricatores inclusuri, non possessores; non ab re facti sumus semper quæ tenemus, ac censemus, eundem sumus quæ Pontificem Romanum Episcopum, in universalem Ecclesiam, iurare & absolutam obtinere jurisdictionem, de qua hic noster est sermo, & consequenter ipsam plene uisitandi, in eaq; statuendi quod communum, ac salvare pro Ecclesia in Domino iudicauerit, omnino nam dñm habere potestatem: cuius rei firmans & indubitate facit fidem ipse summus omnium sacerdos, & Pont. cunctorum, que Regum Rex, & Dominus Dominantium Saluator noster Iesus Christus, inquiens ad S. Petru, cuius persona successores omnes referebas: Tibi dabo claves regni celorum, & quocunque ligaueris super terram, erit ligatum & in celis; & quocunque solueris super terram, erit solutum & in celis. & alibi, Rogauit pro te Petre, ut non luc deficit fides tua; & tu aliquando conuerteras, confirmata fratres tuos. Nec mirum, nam super eandem Petri fidem, erat Saluator noster, sanctam Ecclesiam suam fundatus, quod Matth. 16. inquebat his verbis, Tu es Petrus, & super hanc petram (intellige fidem) edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferri non præualebunt aduersus eam. Item 10. 11.

Simon

Simon Ioannis diligis me plus, his pascu agnos meos, pascue agnos meos, pascue oves meas. ix quibus luce clarissim constit. S. Petro Apostolorum Principi, eiusque successoribus daram à Christo esse potestatem, non solum nos tam laicos, quam ecclesiasticos visitandi, in fidemq; confirmandi, ac verbo salutis pascendi, verum etiam clauium regni coelestis, ita vt quicquid fuerit per ipsum in terris ligatum, vel solutum, sit quoque ligatum, vel solutum in celis, quod ad manifestissimum Pont. Maximi in nos iudicariam pertinet potestate, qui potest nos iuxta demerita iudicare, & ipse à nemine, præterquam a Deo iudicari potest, iuxta illud Apostoli 3. Spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur. Quapropter summus Pontifex S. Petri successor, Christi in terris Vicarius, non clericos modo, verum & laicos, etiam Principes errantes pro animalium salute, & reipublice Christianæ conseruatione, potest visitare, corriger, punire, & re ita exigente, a dignitatibus suis eos deponere, aliosque in eorum locum substituere: vti etiam S. Thomas optime docet c. 10. lib. 3. de Reg. Princ. per totum. Et quia paulo post peculari Titulo hac de resum tractatus, hæc satius esse hoc loco iudicauit.

Non negamus tamen, quin sicut Christus, qui esti Rex Regum, & Dominus dominantium fuerit, & sit, cui omnis potestas data est in celo & in terra: nihilominus ea non est visus potestate: quoniam dicebat Regnum meum non est de hoc mundo, & non veni ministrari, sed ministrare, & dare animam meam in redemptionem pro multis; quod ut & a S. Petro, reliquisque Apostolis, & successoribus feruatur, eos docuit, inquiens: Scitis quia principes gentium dominantur eorum; & qui malores

iores sunt, potestatem exercent inter eos; non inf-
erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos ma-
ior fieri, sit vester minister; & qui voluerit inter
vos primus esse, erit vester seruus; ita & summus
Pontifex ipsius Christi Vicarius, Romanus Episco-
pus, licet ex supra scriptis verbis Christi dicentes;
Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ec-
clesiam meam, & portæ inferi non præualebunt
aduersus eam; & tibi dabo claves regni celorum,
& quocunque ligaueris super terram, erit ligatu-
& in celis; & quocunque solueris super terram,
erit solutum & in celis; iurisdictionem quoque
temporalem omnimodā obtinuerit in omnia Chri-
stianorum dominia, vti S. Thomæ loco, vt supra
clarissimis super hoc alsignatis rationibus ostendit, in cuius rei testimonium diuersa adducit argu-
menta, quorum primum de Constantino Magno, qui Sancto Silvestro cœlit Imperium; deinde de
plerisque alijs summis Pontificibus, qui eam in
diuersis regnis, & nationis us exerceverunt, non
tamen absolute, neque in propriam vtilitatem,
sed tantummodo, re ita postulante, pro vtilitate
catholicæ Ecclesiæ, vti prædicto loco S. Thomas
aperte ostendit, inquiens, In omnibus istis Sum-
mi Pontifices manum non extenderunt, nisi ratio-
ne delicti, quia ad hoc ordinatur eorum potestas,
vt profint gregi, vnde & merito Pastores vocan-
tur, quibus vigilantia incumbit ad subditorum
vtilitatem, alijs Domini non essent, sed Tyranni.
Vnde Dominus quadam importuna vtitur interro-
gatione, ter querens a suo Vicario B. Petro, quod
si ipsum diligenter, gregem paſceret; Petre (inquit)
amas me? paſce oves meas, quasi in hoc tota paſ-
toralis cura confitast, profectus videlicet gregis,
Hoc ergo ſuppoſito, quod pro vtilitate gregis aga-
tur,

tur, ſicut Christus intendit (inquit ipſe) omne ſu-
pergreditur dominum, Summi Pontificis ſcilicet
potestas & iurisdictio, Propterea pulchre ait S.
Bernardus supradicto loco, Quænam tibi maior
onſid. videtur & dignitas, & potestas, dimittendi peccata
Eug. ta, an prædia diuidendi? Sed non est comparatio,
habent hæc in hinc, & terrena iudices ſuos, Re-
ges & Principes terræ, Non quia indigni vos, fed
quia indignum vobis, talibus iuſſere, quippe po-
tioribus occupatis, denique ybi neceſſitas exigit,
audi quid censet, non ego, fed Apostolus, Si
enim in vobis iudicabitur hic mundus, indigni e-
ſtis, qui de minimis iudicetis. Sed aliud est incide-
ter excurrere iſta, cauſa quidem urgente, aliud vi-
tro incumbere iſtis tanquam magnis, dignis que ta-
li, & talium intentione rebus.

Quoniam vero Summus Pontifex vbique viſitan
di officium per ſe exercere non potest, Episcopos,
Concil. quos eam ob cauſam in Apostolorum locum ſuc-
Tri. tiliſe ſacri teſtantur Canones in partem ſolicitu-
dini ſuę paftralii allumpſit, ac pro locorum ne-
cessitate & exigentia, per Christianum orbem diui-
ſit, vt quisque ei regioni, quam ſortitus eſt, ordina-
rie pafit, atque animatum ſibi commiſſarum cu-
ram habeat. Quare quilibet Epifcopus eſt tam
cachedralis, quam aliarum ecclesiarum omnium
ſuę diocesis Pastor, ac Viſitator ordinarius; tene-
turque non ex officiſ ſolum debito, ſed ex pafcripto
quoque factorum Canonum ſingulis annis vi-
ſitate per ſe, vel legitime impeditus, per alios ido-
neos 10. q. 1. c. 1. & de offic. iudic. ord. cap. 1. 5. &
ſequenti. & in 6. de offic. ordi. cap. 6. Idque non mo-
do Epifcopis, verum etiā Patriarchis, Primatibus,
& Archiepifcopis eſt in propria diocefi preſtan-
dum. Patriarche (inquit Concil. Trid.) Primates,
Metropoli

Eps. eſt ordi-
narius diocesi ſuę viſita-
tor.

Metropolitani, & Episcopi, propriam diocesem per seiplos, aut si legitime impediti fuerint; per suum generalem Vicarum, aut Visitatorem, si quotannis totam propter eius latitudinem visitare non poterunt, saltem maiorem eius partem, ita tamen, ut tota biennio per seipso Visitatoris suos complatur, visitare non pretermittant.

Archiepiscopi autem ante Concil. Trident. tota diocesi sua visitata libere poterant visitare alias provincias suae dioecesis, partem, vel totam, etiam Episcopis propriis, nisi negligentibus, ita habeuerat cap. primo & ultimo de cent. exact. & praeceperat omnibus, ut in Concil. Trid. sicut in decreto decretum A Metropolitani etiam post plehe visitatam propriam diocesem non visitentur cathedralis Ecclesiae, neque dioecesis suorum provincialium, nisi causa cognita & probata in Concil. Provinciali.

Archidiaconi vero & Decani, iuxta cuiusque diocesis consuetudinem, visitare possunt: cap. cum apostolus, de censib. & cap. mandamus, de offic. archid. & Concil. Trid. addit. etiam inferiores, ubi initia consuetud eti, his verbis, Archidiaconi autem, decani, & alii inferiores in his ecclesiis, vbi hactenus visitationem exercere legitime conuenient, debeant quidem assumpto notario de consensu Episcopi deinceps per seiplos tantum ibide visitare.

Quod Metropolitanus possit visitare dioeceses suorum coepiscoporum

Archidiaconi, & inferiores, vbi consuetum est, visitare possunt.

Visitatores a Capitulo deputati debent esse approbati.

Visitatores etiam a Capitulo deputandi, vbi Capitalium ius visitandi habet, visitare possunt, ita tamen ut prius ab Episcopo approbentur, sed non Ideo Episcopus, vel eo impedito, eius Visitator est. Item Ecclesiis leorumb ab his visitare prohibetur, cui ipsi Archidiaconi, vel alii inferiores, visitationis factae infra mensem rationem reddere, & depositiones tellium, ac integra acta ei exhibere tenentur.

tur; non obstatibus: qualunque consuetudine est immemorabili; atque exemptionibus & priuilegiis quibuscumque.

Superiores quoque ordinum, seu congregatio- nium utriusque sexus regularium, monasteria, domos, & collegia sibi commissa possunt visitare, ac regulares ipsos delinquentes corrigit, punire, ac reformare. At monasteria in congregations non redacta Episcoporum correctioni subiacere nemini dubium est: imo etiam eorum, quae in congregations redacta sunt, complura Episcopis quoque subsunt. Huc accedit, quod aliorum quoque religiosos in quibusdam casibus Episcoporum animadverneri subiaceat, facit docent canonis. Vbi tamen est aduentum, quod vbi Episcopi potestat sit, quam habent in regularium monasteria, eam non nisi ad correctionem extendi, ut sola correctio religiosorum queratur, iuxta ea, quae a sacris traduntur canonibus, Episcopum scilicet nihil iuris habere in monachos, nisi causa disciplinae, & de eo, quod monachis offertur, nihil sibi vindicare. de stat. mon. cap. i. & gloss. ibidem. & 16. q. 1. cap. cum pro utilitate, nisi fictionem, seruitum debitum ex constitutione, vel consuetudine. 18. q. 2. cap. seruitum. & 1. q. 3. 3. cap. quæstitum, & gloss. loco ut supra. Et hoc ideo, quia (videlicet Canonis docent) licet monasteria huiusmodi a lege iurisdictionis Episcoporum non sint exempta, sunt tamen exempta a lege dioecesana, ita ut Episcopis, eorumque officialibus ius aliud in religiosos huiusmodi non competit, præterquam reformatio disciplinae, nisi monasterium aliquod ita esset constitutum, ut haberet populum sub se; nam tunc ratio ne populi etiam quoad legem dioecesanam subficit Episcopo, de stat. monach. cap. i. & glo. ibidem.

Superiores ordinum regulares, loca sibi cõmilla cum personis visitare ac reformare possunt.

Epi potestas in regulares loca quantum extendatur.

14 DE VISITATIONE

dem. & 18. q. 2. cap. Eleutherius. & de offic. iud. ord. cap. dilectus filius. De his vero omnibus vberius agemus postea, in titulo De monasteriorum visitatione.

summus Pont.
Rom. per Legatos Nun-
tios, & alios Ecclesiasticos
visitare solet
& quare.

Ceterum licet Summus Pontifex per totum Christianum orbem ecclesiis prefecerit Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, ac Pastores alios per quos ordinariè singulis annis visitetur Ecclesia ipsa, & Christi fideles in eis existentes, nihilominus instar optimi ac diligentis patris familias, ad habendam informationem super sollicitudine ac vigilanti regimine Archiepiscoporum, Episcoporum, atque aliorum Ecclesiarum Prelatorum, ac Pastorum etiam virtusque sexus regularium, & intelligentiam, quam diligenter, prudenter, ac fructuose lug quicunque pregit Ecclesia, aut an aliqua in re ab officio deficiat, diuersos etiam solet instituere Legatos, Vicelegatos, Delegatos, Nuncios, Cömissarios, & Visitatores Apostolicos, quibus pro temporum exigentia, suas uices committit & demandat: & licet iacri Canones eis facultates attribuant, quibus ut debent, vt habetur de officio Legati titulo 3o. & de offic. & potest. iudicis delegati, titulo vigesimali, & in sexto, titulo decimoquarto, de officio legati, & titulo decimoquarto, de offic. & potest. iudicis deleg. per totum, nihilominus peculiaribus literis Summi Pontificis mentem ac voluntatem explicantibus distinctius & specia- lius exprimi soleat.

QVOMODO

LIBER PRIMVS. 15

QVOMODO VISITATORES
inter visitandum se gerere debent.

TITVLVS QVARTVS.



VISITATOR ordinarius siue sit Patriarcha, vel Archiepiscopus, aut Episcopus, siue alias inferior religiosus, seu Presbyter secularis, saepius meditetur, quale sit officium reformationis, quod est non tam alios reformare, ac bonas leges alijs prescribere, quod factu est facile, quam vt Visitator & Reformato ipse alias praet exemplo Christi, qui coepit prius facere, deinde docere. Propterea optime ait illes medite cura teipsum, & patere legem quam tu ipse tuleris; alioquin erit de illorum numero, qui cum suarum animarum derimento, in domo aliena reformatione seuerere requirunt, & in propria eam odio prosecuntur.

Nunquam seueritas ipsius sit talis quacunque occasione, vt apud bonos ob eam non credatur habere charitatem.

Grauitatem in moribus, & præcipue in verbis, vestitu, & aliis rebus conseruet, ita tamen ne humanitatis obliuiscatur.

Viriliter agat, confortetur cor eius, non respiciat personas, ita vt tam diuites & nobiles, quam pauperes castiger.

Non sit ita perfusus, vt credat visitatione ideo esse præcipue institutam, vt homines castigentur, sed magis, vt Christo lucrificant. Quanobrem quando animaduertit in peccatorib. propositum emanationis, eos libenter amplectatur, dummodo transeat vetera, & noua sint omnia.

In

Conditiones
seu qualita-
tes in visita-
re requisitæ.

In visitatione hæc obseruet, sequituram in principio, in progressu diligentiam, in fine iustitiam.

Si est educatus in disciplina admodum reformata, cogite non omnibus hoc esse concessum, ut sic sciat compati infirmitatibus alienis, iuxta dictum S. Pauli: Vos qui spirituales etsis, alios in spiritu lenitatis inservite.

Habecur secū probatæ vite viros duos, aut tres sive Ecclesiæ Canonicos, Confessarium, & Concinatum, ac Notarium unum, aut alterum, aliosq; pios homines, si ita necelitas postulauerit, quos confusat in omnibus reliquam vero familiam suam habeat non numerolam, sed moderatam & valem. & cuius dextera non sit muneribus repleta. Nam talis esse debet vita & familia ipsius, ut homines inde exemplar, & veram viuendæ formam habeant. Et inter alios hominem habeat, qui secreto visitandorum vitam & mores exploreat. Habeat etiā, ubi necessitas postulauerit, diversos pios libellos indigentibus distribuendos.

Quando peruenit ad aliquem locum, antequam ingrediatur hospitium, visitare debet ecclesiam, sive celebret, ac siuos frequenter communiceret.

Quam minus possit grauere sumptibus ecclesias visitandas, frugalem habeat mensam, & in ea electionem.

Suam quoque naturam considerare, atque contemplari debet, eti sibi in aliquibus excelsis facere videatur, Confessarium suum moueat, ut liberè dicat, & corrigat. Nemo enim est, qui sine crimine viuat.

Semper suspicetur se non bonum habere spiritum, quando se interius cognoscit turbatum, & ab ira mala occupatum, quo tempore remissio debet agere, secus quando ira ex zelo Dei est.

Charitatem

Charitatem etiam erga omnes habere quidem debet, sed ita tamen, ut illam cum iustitia exerceta, ut si ipsum amare nolit, saltem timeant.

Non sit facilis ad credendum, neque ad aliquem condemnandum, quia facilitas venia est ad peccandum incendens occasio, & præcipitatio ad condemnandum maxima est iniustitia.

Aduerat in reprehendendo naturam hominū, & statim procuret bene doceri, qui sint reformati.

Sciat præterea visitationes non ideo institutas, ut bona & sancta constitutiones siant, sed ut virtus è medio tollatur, boni conseruentur, scandalos puniantur, & qui facile ad dexteram vel ad sinistram declinare possunt, ad bonum animentur, & ideo postquam ipse cum consilio suorum aliquid statuerit, sit in executione diligens.

Hoc etiam debet semper sibi persuadere, post suum discessum reformationem suam non debitam executionem habituram, nisi ipse quicunque potest ante suum discessum executioni demandarit.

Quacunque promissione interposita, nunquam permitat, ut concubinæ maneant post visitationem in domo clericorum.

Ne desperet, si maximis difficultatibus, & persecutionibus sit circumseptus, sed pro viribus faciat quicquid potest, meliora semper sperando.

Caveat quoque ne reformandi, vel alii crederant, aliquem esse cum eo ex familiaribus, vel aliis qui ipsum gubernet, & oporteat eius gratia nisi, qui aliquid vult obtinere.

Sit bene instructus quales facultates habeat, nec concedat quod non potest nec negat, quod honeste concedere deberet, & omnia gratis concedat.

Sit secretus ipse & notarius cum aliis adjunctis, nec occulta clericorum laicis sine necelitate pro-

B dat,

dat, neque Principibus secularibus de vitiis clericorum detractionem.

Affectus personales non habeat, ne querat amicorum commoda, neque inimicorum dilpendia, sed tantum honorem Dei præ oculis gerat.

Non accipiat munera magna vel parua.

In applicandis poenis, naturam singulorum consideret, ut auris eleemosynam, carnalibus abstinentiam imponat, & maximam differentiam faciat inter peccata secreta, & publica.

Eis qui in peccato fuerint per multos annos, nō facile credat, contra, cum aliis commiserationem habeat.

Ceterum quia sepe contingit, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Visitatores ordinarios in aliis negotiis necessariis esse occupatos, ita vt personaliter visitare quandoque non valeat, alios probatos viros substituere possunt. 10. quæst. 1. cap. Episcopum. & cap. Episcopus, de offic. ord. in 6. & cap. inter cetera, de offic. ordi. qui ad supplendas vices eorum idonei sint.

Substituti sicutem primari ecclesiastici sint, adiuncti si semper ecclesiastici ob eorum penuriam esse non potuerint, ad minus sint tales moribus & experientia.

Sunt etiam substituti vita laudabilis tam præterita, quam præsentis, bona fama, ac multæ existimationis ab omni cupiditate alieni, verecundi, nō impudentes, & ceteris officiis paribus imbuti, que Visitatoribus conuenient, non querentes que sua sunt, sed que Iesu Christi.

Quæ autem de Visitatoribus ordinariis iam præmisisti sunt, ea etiam omnia de Substitutis dicta intelligi debent.

Potremo scire debet Visitator quilibet, siue ordinarius

notarius fuerit, siue substitutus, ne ad visitationem versusque sexus monasteriorum, iuxta cap. 17. de offic. iud. ord. seculares quantumuis pios, sed duos aut tres Canonicos in decenti habitu cum aliquibus religiosis, prout locorum commoditas concideret, admittat, cum quibus tamen etiam Notarius clericus, si erit præ manibus, est adiungendus, cap. 1. de offic. iud. ord. in extraug. Bonif. VIII. at si nullus adesse Notarius clericus, & necessitas notaria postularet, poterit in simili casu ordinarius, & iuratus visitatoris notarius admitti, dummodo honestus & secretus, atque discretus fuerit. De hoc etiam habetur in c. 2. de statu monach. in clem.

ORDO TENENDVS IN VISITATIONE Generali tam locali, quam personali.

TITVLVS QVINTVS.



Seſ. 24.
c. 3. ref.

VISITATIO generalis duplex esse potest, altera prouincialis ad solos Metropolitanos speckas: & altera dioceſana ad Episcopos pertinens, metropolitanus propter aliquam rationabile causam cognitam, & in Cœilio prouinciali probatam, iuxta faci Concilii Tridéritini decreta, totam prouinciam visitare potest, alias non, & tunc ex Innocentij III. præscripto, de censibus exact. & procurementibus cap. 1. in 6. debet prius ecclesiæ suæ Capitulum ac ciuitatem, & totam diocesim propriam plene visitare, tum deinde alias prouincias dioceſes.

Visitaturus propriam dioceſum, siue sit Metropolitanus, seu quicunque alius Episcopus, inchoet

B 2 a ciuitate

Visitatio generalis duplex, prouincialis, & dioceſana, & hæc ab ordinario, illa vero à Metropolitanis fieri debet.

Metropolitanus ex c. in concil. prouinciali probata, tota prouinciam visitare potest, alias non. Propriæ dioceſis visitas, quo ordine cathedralē ciuitatem, à qua incipiendū visitare debet.

a ciuitate primaria visitando in primis, si fuerit Archiepiscopus, vel Patriarcha, metropolitanam ecclesiam; si vero Episcopus cathedralem, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, necnon eius canonicos, clericos, officiales, & famulos, iuxta ea, quæ inferius tradentur. Secundum parochiales & collegiatas ecclesias. Tertio utriusque sexus monasteria. Quarto ecclesiæ beneficiatas & alias. Quinto confraternitates, hospitalia, & quæcunque alia pia loca. Sexto Seminaria & scholas quascunque, ac bibliothecas & tabernas librariæ. Septimo laicos, si qui examinandi sunt.

Quo visitator
pedere de-
beat in reli-
qua diocesi
visitanda.

Vbi hæc omnia expedierit in metropolitana, vel cathedrali ecclesia, sese ad alia dioecesis suæ loca conferat, maxime ubi sunt ecclesiæ non modo magna, sed etiam parua, aut alia pia loca. Quod si ad omnia accedere non possit commode, talitem ad loca idonea ex aliis pluribus visitandos conuocet, ne absque visitatione prætereatur, interimque ad ea loca ex suis aliquos mittat, qui statum, & necessitatem ecclesiærum, & piorum locorum explorent, id quod expresse mandatur cum quibusdam aliis ad hanc materiam facientibus, in formula visitatoria, quæ a Sede Apostolica manauit, his verbis.

Ne autem Visitator in visitandis ecclesiæs & eorum dioecesis nimis immoretur, sed breviori tempore illam absoluat, iniungitur eidem, vt cum ad aliquam ciuitatem aut oppidum insigne peruenire, per seipsum cathedralem, collegiatas, & alias ecclesiæ respectiue, & alia pia loca, ac illorum seu illarum personas visiter, & interim ne diutius visitatio protrahatur, mittat ad parochiales, sive alias sine cura ecclesiæs in vilis & castellis confitentes, & alia beneficia ruralia in illius districtibus similiter respectiue existentibus ynam, vel plurimas perso-

Ex d.
1. de
f. t. et
in 4

Ex d.
1. de
f. t. et
in 4

personas probatas & idoneas, & de quibus merito confidere possit, puta eius Theologum, vel Auditorem, si tamen si clericus, vel aliquem alium sibi notum presbyterum secularium, vel regularem familiariter idoneum & sufficientem, etiam si de suo comitatu non existat, qui assumpto secum notario dictas ecclesiæs & beneficia ecclesiastica prædicta visitet, quæ viderit prouidenda prouideat: alia vero magis ardua ipsi Visitatori referat, a quo matruis illis prouideatur, etiam a se vocatis, si sibi videbitur, Parochis & Rectoribus ecclesiarium & beneficiorum eorundem & sine eorum parochianis.

Et insuper caueat, ne in visitantiis confraternitatibus, & societatibus laicorum nimis etiam immoretur, sed examinacis illorum orandi modo ac Capitulis, ne quid in eis contineatur, quod sit contra sacram doctrinam fidei, vel quod sacris Canonib. & decretis sacri generalis Concilii Tridentini, aut bonis moribus aduersetur, prouideat prouidens, vt in premisis, nec curet condere, seu face re noua Capitula, seu statuta.

Item etiam obseruet in visitatione monialium, ne nouas constitutiones illis facere laboret, sed porius curet ab eis regulam, seu constitutiones ordinum, quos proficiunt, ac decreta sacri Concilii Tridenti ad ipsas spectanti obseruare:

Est item generaliter inquirendum si est aliquis in ciuitate, aut dioecesis hereticus, usurarius, simoniacus, sortilegus, concubinarius, maleficus, publicus adulter, vel obstinatus in excommunicatione, vel inimicitia mortali, vel in non confitendo, & communicando annuatim, & præcipue quando omisi per plures annos, curandumque est, vt omnia corrigantur, & omni conatu inimicitie comprehendantur.

In visitandis
cofraternita-
tib. laicoru-
m, quid agere vi-
sitatorum o-
porteat.

Quid simili-
ter in visita-
tione monia-
lium.

Generaliter
vbique inquirer-
di in visita-
tione de pu-
blicis & no-
torijs crimi-
nibus ac pro-
uidendum.

Commissarij Apostolici ad residentia suo sum beneficiorum eis exigentium copellen di.

Ecclesiasticum monasteriorum.

ac beneficiorum honorum mobilium, & stabiliuum invenientiarum confidencia.

Singulis annis libri baptizatorum, confirmatorum, &

matrimoniorum, & cōtrahentium,

Ego à parochiis consignandi.

In iungendum parochis, ut

singulis annis.

scribant suos

sacre mensae paschalium capaces,

& in pascachate facta confessionis si

dem scriptam ab eis habeat.

Absentes tge

paschali, &

postea reuer-

si, donec non

satisficerint,

fuerint Ecclae-

tie, de sacra

cōtione, ab Ec-

lesia viui, &

a sacra sepul-

ture morientis

accēderet.

Commissarij Apostolici, qui obtinent beneficia, requirentia residentiam remoueantur, & compellantur ad residentiam faciendam, & videatur aliquos abusus in eorum administratione commiserint, vt possit Sanctissimo Domino nostro referri.

Est ultra ea, quæ iam probata videntur, iniungendum R. Patribus Archiepiscopis, Episcopis, aliisq; superioribus, ut cuient omnium & singularium ecclesiarum Monasteriorum, aut quorumcumque beneficiorum sua iurisdictionis mobilium & stabiliuum honorum inuentarium fieri, iubeantque in suis archiujs fideliter conseruari.

Item libros, in quibus tenentur parochi describere contrahentes matrimonia, & eos qui interfuerunt pro testibus, baptizatos, & confirmatos cum nominibus suorum parentum, & promotorum, quos singulis annis Episcopo exhibeant, & consignerent.

Et vt Episcopi iniungant parochis omnibus, ut singulis annis vniuersos suos curæ commissos dolice capaces describant, & in Paschale Eucharistie sacramentum, non nisi sibi, aut alicui ex confessoriis approbatis confessis administrarent, de qua confessione fidem scriptam ferant: confessor utique iniungant, vt hanc fidem faciant, & apud se nominata confitentium describant, ut multis fraudibus obvietur.

Et vt reuersi qui tempore Paschatis absuerunt, nisi fidem afferant authenticam, quoisque in propria parochia Eucharistiam sumant cum ijs, qui non sumpererunt ab ecclesia auctoritate viui, & mortientes careant ecclesiastica sepultura, iuxta. cap. omnis utriusque sexus, de poenit. & remiss.

RATIO VISITANDI QVALESCVNQVE personas Ecclesiasticas non regulares, & earum obligationes, necnon quascunque ecclias seculares, facella, beneficia, & eorum bona.

TITVLVS SEXTVS.



VIA superius quatuor res visitationi subiecimus, personas, earum obligationes, loca, & eorum bona, locus iam videtur postulare ut doceamus, qua ratione circa ea Visitatores ordinarij versetur.

Hunc autem ordine tecerbimus, ut primo de personis ecclesiasticis non regularib. earumq; obligationibus: secundo de earundē locis, hoc est, ecclesijs secularibus, facellis, beneficiis, & locorum bonis: tertio de hospitalibus, Confraternitatibus, & quibuscumq; aliis piis locis: quarto de laicis, ac postremo de personis ecclesiasticis regularibus, earumq; obligationibus, locis, ac bonis agamus. & hoc quidem loco, duo prima membra tantum absoluemus, reliqua deinceps sequentur.

Quoad personas ecclesiasticas nō regulares, earum bona & obligationes, omnes Canones docēt à propriis episcopis debere visitari, ex quibus breuitatis caula paucos huc afferemus. In primis Cōc. Trid. lēss. 6. c. 4. de reform. sic habet; capitula cathedralium, & altariū maiorum ecclesiarum, illorumq; persone nullis exemptionibus, cōsuetudinibus, tentiis, iuramentis, concordiis, quæ tantū suos obligent autores, nō etiā successores, rueri se possint, quominus à suis Episcopis, & aliis maioribus Pre-

Ecclesiastici
nō regulares
cum obligationibus suis
ac bonis à propriis Epis visitantur.

Cathedraliſ
ac maiorum
ecclesiarum capi-
tula eorum
que persona
suis Epis & ma-
iorib. Pralati-
tis quoties o-
pus fugit visi-
tari possunt.

Iatis per seipso solos, vel illis, quibus sibi videbitur adiunctis, iuxta canonicas sanctiones, toties, quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendar etiam auctoritate Apostolica possint, & valeant.

In cathedralibus & collegiatis ecclesiis, quae Episcopis extra visitationem contra aliquem presertim, quid fieri oporteat.

Et scilicet 25. c. 6. de reform. sic loquitur; statuit sancta Synodus, ut in omnibus ecclesiis cathedralibus & collegiatis decretum sub fel. rec. Pauli III. quod incipit; Capitula cathedralium, obseruetur, non solum quando Episcopus visitauerit, sed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius contra alium qui ex contentis in dicto decreto procedet, ita tamen, ut cum extra visitationem processerit, infra scripta omnia locum habeant, videlicet, ut capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex capitulo duos, de quorum consilio, & assentio episcopus, veleius Vicarius, tam in formando processum, quam in ceteris omnibus actibus usque ad finem cause inclusis coram Notario tamen ipsius episcopi, & in eius domo, aut consueto tribunali procedere tenetur, vnum autem tantum si virtutis votu, posse sit alter episcopo accedere. Quod si ambo ab episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiva sententia fuerint, tunc intra sex dies spatiis cum episcopo tertium elegant, & si in electione tertii etiam discordent, ad viciniorum episcopum electio devoluntur, & iuxta eam partem, cum qua tertius conueniet, articulus, in quo erat discordia, terminetur, alios processus & inde secuta nulla sint, nullosque producant iuris effectus.

In delictis ex incontinentia, vel alijs atrocioribus, quid Episcopus facere possit, si de fuga timeatur.

Item in criminibus tamen ex incontinentia prouenientibus, de qua in decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis depositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timerit, ne iudicium eludatur, & ideo opus sit personali deratione, possit initio solus episcopus ad summariam

informa-

informationem, & necessariam detentionem procedere, seruato tamen in reliquis ordine premisso, in omnibus autem casibus ea ratio habearur, vt iuxta qualitatem delicti, ac personarum delinquentes, ipso in loco decenti custodiantur. Episcopis praeterea ubique is honor tribuatur, qui eorum dignitatem par est, eiusque in choro & in Capitulo, in processibus, & alijs actibus publicis sit prima sedes & locus, quem ipsi elegerint, & praecipua omnia rerum agendarum auctoritas. Qui si aliquid canonice ad deliberandum proponant, nec de re ad suum vel suorum communis spectante agatur Episcopi ipsi Capitulum conuocent, vota exquirant, & iuxta ea concludant. Absente vero Episcopo omnino hoc ab iis de Capitulo, id quos hoc de jure, vel confusitudine spectat, perficiatur, nec ad id Vicarius Episcopi admittatur. Ceteris autem in rebus Capituli iurisdictio & potestas, si qua eis competit, & bonorum administratio salua & intacta oīno relinquatur.

Ex en. & §. qui vero. Item, qui vero non obtinet dignitates, nec sunt de Capitulo, iij omnes in causis ecclesiasticis Episcopo subiiciantur, non obstantibus, quo ad supra dicta, priuilegijs etiam ex fundatione competentibus, neconon consuetudinibus, etiam immemorabilibus, sententijs, iuramentis, concordijs, que tantu suos obligent autores; saluis tamen in omnibus priuilegijs, quae vauiersatibus studiorum generalium, seu earum personis sunt concessa. Hac autem omnia & singula in iis ecclesijs locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarij ex constructionibus, vel priuilegijs, aut consuetudinibus, sive concordijs, seu quo cunque alio iure maiorem habent potestatem, auctoritatem, ac iurisdictionem, quam presenti decreto sit comprehensum, quibus sancta Synodus derogare non intendit.

Honor Episcopi tribuendum.

Epi capitulū qā cōuocare possunt.

Absente Epsō Vicarius, quādō admittitur ad Capitulum.

Non obtinentes dignitates nec existentes de capitulo in causa ecclesiastica, Epsō subiiciuntur.

Clericus etiā regularis extra monasterium degens, Ep[iscop]i correctioni subiectus est. Et less. 6. cap. 3. de reform. Ecclesiastum Prælati ad corrigendum subditorum excessus prudenter acc. & ad diligenter intendant. Et nemo secularis clericus cuiusvis ordinis personalis, vel regularis extra monasterium degens, etiam sui ordinis priuilegijs pre-textu, tutus censeatur, quo minus si deliquerit, ab ordinario loci, tamquam super hoc a Sede Apostolica delegato, secundum canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat.

Beneficia ecclesiastica per sonalem residentiam tā requiriā obtinet ab eorum ordinarijs residere cogantur. Et cap. 2. eiusdem less. Episcopi inferiores, quæ se. uis beneficia ecclesiastica personalem residentiam carent de iure, sive confuetudine exigentia, in titulum sive commendam obtinentes, ab eorum ordinarijs, quemadmodum eis pro bono Ecclesiastum regimine, & diuini cultus angimento, locorum & personarum qualitate pensata, ex pediens videbitur, opportunitis juris remedij residere cogantur: nullique priuilegia seu indulcta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur. Indulgentijs vero & dispensationibus temporaliibus ex veris & rationabilibus causis tantum concessis, & coram ordinario legitime probandis, in suo iobore permanuris, quibus casibus nihilominus officium fit Episcoporum, tamquam in hac parte a Sede Apostolica delegatorum prouidere, ut per deputationem idoneorum Vicariorum, & con grua portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur: nemini quo ad hoc priuilegio, seu exemptione quacunque suffragate.

Præsentati ad ecclesiastica beneficia non admittantur, nisi a loco ordinarij p[ro] examen approbati fieri non possint a collegiis generalibus auditoriū.

Et less. 7. cap. 13. decreti reform. Præsentati, seu electi, vel nominati quibusve ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolice Nuncijs, ad quavis ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmetur, neque admittantur, etiam prætextu cuiusvis priuilegij, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili

bili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius a locorum ordinarijs examinati, & idonei reperti. Et nullus appellationis remedio se tueri poscit, quo minus examen subire tenetur. Præsentati tamen ele[cti], seu nominatis ab vniuersitatibus, seu collegijs generalium studiorum exceptis.

Sef. 2. Quoniam vero multi sub prætextu diuersorum cap. 11. de priuilegiorum & exemptionum, magna gaudētes Ex assumptio ne ad hono- de his libetate, nihili faciebat ordinariorum animaduer- rarios titu- los, nihil ordi- nariis detrahi.

et h[ab]it[us] ca- siones, volens eorum nimis lenientia sancta Syno- 16. & c. dus Tridentina occurtere, sequens, iuxta antiquos 2. de canones, edidit decretum; Quoniam priuilegij, & priuile. & c. e. exemptions, quæ varijs titulis plerisq. concedun- nerab- tur, hodie perturbationem in Episcoporum iurisdi- li d[omi]ni 17. ctione excitare, & exemptis occasionem laxioris vi- bo. lig. ac e. n[on] t[ra] præb[er]e dignoscuntur, decernit sancta Syno- per. de dus, vt si quando iustis, grauibus, & fere necessarijs 2. c. nimis suadentibus causis, aliquos honorarijs titulis Pro- nolentia- thonotariatus, Acolythus, Comitis Palatini, Cap- pellani Regij, aut alijs huiusmodi in Romana Curia, vel extra insignibus decorandos esse placuerit,

neconon alios suicunque monasterio oblatos, vel quomodo cumque ad dictos aut sub nomine seru- tium militis, seu monasterij, hospitalibus, colle- gij, aut quocunque alio titulo aslumi, nihil ex ijs priuilegij detractum esse ordinarijs intelligatur, quo minus ijs, quibus ea iam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis ordinarijs tan- quam Apostolice Sedis delegatis plene in omnibus, & quo ad cappellanos Regios, iuxta constitutio- nem Innocentij III. quæ incipit: Cum cappellæ, subiecti existant, &c. Exceptis tamen ijs, qui dictis locis, aut militijs actu seruunt, & infra eorum sepra, ac domos resident, subiq. eorum obedientia viuantis ijs, qui legitime, & secundum regulam carumdem

Episcopis ecclesiis
quaesumis est
exemptis singulis annis visitantur.

eatundem militum proficatione fecerint, de qua ordinatio constitare debeat: non obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam religionis sancti Ioannis Hierosolimitani, & aliarum militarum, &c.

Quod vero spectat ad personarum ecclesiasticorum non regularium loca, hoc est, ecclesiastas, sacellae, & omnia beneficia preter ea, quae a iure traduntur. 10. q. 1. cap. 10. 11. & 12. & in concil. Tolet. 4. c. 39. Brach. 2. cap. 1. Tarac. cap. 7. Arelat. cap. 17. & alibi, est hoc sacri Concil. Trid. sess. 7. ca. 8. reform. primarium decretum; locorum ordinarii ecclesiastis qualcumque quomodolibet exemplis auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, & oportunitatis juris remedii prouidere, ut quia reparatione indigent, repararentur, & cura animarum, si qua illis immineat, aliisque debitis obsequiis minime defraudentur, appellationibus, privilegiis, consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore prescriptis iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus exclusis.

Beneficia curata alicui loco perpetuo vniuersitate ab ordinariis locorum quotannis visitantur.

Et sess. 7. cap. 7. reform. Beneficia ecclesiastica curata, quae cathedralibus, collegiatis, seu aliis ecclesiis, vel monasteriis, beneficiis, seu collegiis, aut priis locis quibuscumque perpetuo vnta, & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis singulis visitantur, qui solite prouidere procurent, ut per idoneos vicarios etiam perpetuo, nisi ipsis ordinariis, pro bono ecclesiarum regimine, alter expedire videbitur, ab eis cum tertiae partis fructu, aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum ordinarii, portione etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos animarum cura laudabiliter exercetur, appellationibus, privilegiis, exceptionibus, quibuscumque in praemissis minime suffragantibus.

sess. 7. Et sess. 24. cap. 9. reform. Quae alias sub fel. rec. c. 8. ref. Paulo III. & nuper sub beatissimo Domino nostro & sess. 2. a. c. 8. Pio III. in hoc eodem Concilio de adhibenda ab ordinariis diligentia in beneficiorum etiam exemptione visitatione constituta sunt; eadem etiam in iis ecclesiis secularibus obseruentur, que in nullius dioecesi esse dicuntur, ut ab Episcopo, cuius cathedralis ecclesia est proximior, si id possit, alioquin ab eo, qui semel in Concilio provinciali a Prelato loci illius electus fuerit, tanquam sedis Apostol. delegato, visitentur; non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus quibuscumque etiam immemorabilibus.

sess. 21. Et sess. 21. c. 7. Cum illud quoque curandum sit, ne ea, quae sacris ministeriis dedicata sunt, temporum iniuria abolecant, & ex hominum memoria excidant; Episcopi etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati transferre possint beneficia simplicia, etiam juris patronatus, ex ecclesiis, quae vacante, vel alias collapsæ sint, & ob eorum inopiam nequeant instaurari, vocatis iis, quorum interest, in inatrices, aut alias ecclesiastis locorum corundem, seu viciniorum arbitrio suo, atque in eisdem ecclesiis erigant altaria, vel capellas sub eisdem invocationibus; vel in iam erecta altaria, vel capellas transferant, cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Ecclesiis impositis. Parochiales vero Ecclesiæ, etiam si juris patronatus sint ita collapsæ refici, & instaurari procurent, ex fructibus & prouentibus quibuscumque ad easdem ecclesiastis quomodocunque pertinentibus. Qui si non fuerint sufficietes, omnes patronos, & alios qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum, parochianos omnibus remediis opportunis ad predicta cogat, quacunque appellatione, exemptione, & contradictione.

Ecclesiæ facultates in nullis dioecesi existentes ab Episcopis proximiори, v. l. ab eo, quem semel Prelatus loci elegit, visitantur.

Epis. qd transferre possint beneficia simplicia, etiā iuris patronatus ex ijs vbi sunt in aliis Ecclesiæ corundem loco, seu viciniorum.

Parochiales Ecclesiæ ministrorum, quos recipi debantur,

Parochiales
Ecclesiae & iu-
ris patronat⁹
q̄n & q̄o ab
Ep̄is trāferri
possint.

Aione remota . Quod si nimia egestate omnes la-
borent ad matrīces , seu viciniores ecclesiās trans-
ferantur , cum facultate , tam dictas parochiales ,
quām alias ecclesiās dirutas in prophanos v̄los non
fordidos , erēcta tamen ibi cruce conuertendi .

Possent multa alia , tā ex Conc. Trid quām aliunde
de ex facris Canonibus ad idē afferri decreta , que
breuitatis gratia , & quod pr̄senti negotio satisfa-
ctum abunde arbitramur , cōsulto pr̄termittimus .

R A T I O V I S I T A N D I Q U A L E S
cunque Ecclesiās , & beneficia ad ius pa-
tronatus aliquorum pertinētia .

T I T U L V S S E P T I M V S .

Ecclesiā , &
beneficia , &
iustipatronatus
aliquorū spe-
ciantia non à
patrono , sed
ab Ep̄is vi-
stanta .

DATRONI in ijs , quā ad sacra-
mentorum administrationē spe-
ctant (inquit faciens Sancta Syno-
dus Tridentina) nullatenus se p̄f-
sumant ingere , neque visitatio-
ni ornamētorum ecclesiās , aut bo-
norū stabiliū , seu fabricarū
prouentibus immisceant ; nisi quatenus id eis ex
institutione , ac fundatione competat ; sed Ep̄iscopi
ip̄i h̄c faciant , & fabricarū redditus in v̄lo ec-
clesiā necessarios , & v̄tiles , prout sibi expedire ma-
gis v̄sum fuerit , expendi cureat .

Debet quoque Visitatores , quoad pr̄dicta in-
tra patrōnatūm ea diligenter perpendere , que à
sacro Concil. Trid. sess. 25. c. 9. de reformat. tradun-
tur ; videlicet ; Sicuti legitima patronatum iura
tollere , piasque fidelium voluntates in eorum in-
stitutione violare , & quom non est : sic etiam vt hoc
colore beneficia ecclesiastica in seruitetum , quod
à mul-

sess. 4
c. 9.
§. 11.

L I B E R P R I M V S . 31

à multis impudenter sit , redigantur , nō est permit-
tendum . Ut igitur debita in omnib⁹ ratio obser-
uetur , decernit sancta Synodus , vt titulus iuris patro-
natus sit ex fundatione , vel ex dotatione , qui ex au-
thenticō documentō , & alijs iure requisitis ote-
datur siue etiam ex multiplicatis pr̄sentationib⁹
per antiquissimum temporis cursum , qui hominum
memoriam excedat , aliasve secundum iuris dispo-
sitionem . In ijs vero personis , seu universitatibus , in
quibus id ius plerūque ex usurpatione potius que-
scitū prelūmi soleat , plenior & exactior probatio
ad docendum verū titulum requiratur , nec im-
memorabilis temporis probatio , aliter eis suffrage-
tur , quām si p̄t̄ reliqua ad eā necessaria , pr̄-
sentationes , etiam continuatae non minore saltem ,
quām quinquaginta annorum spatio , qua omnes
effectum sortit̄ sint , authenticis scripturis proben-
tur . Reliqui patronatus omnes in beneficiis , tam
secularibus , quām regularibus , seu parochialibus ,
vel dignitatibus , aut quibuscumque alijs beneficiis
in cathedrali , vel collegiata ecclesiā , seu facultates
& priuilegia concessa , tā in vim patronatus , quām
alio quoque iure nominandi , eligendi , p̄re-
sentandi ad ea , cum vacant , exceptis patronatibus ,
super cathedralibus Ecclesiis competentibus , & ex-
ceptis alijs , que ad Imperatorem , & Reges , seu re-
gna possidentes , aliosque sublimes ac supremos
Principes , iura Imperii in dominiis suis habentes ,
pertinent , & quā in fauorem studiorum genera-
lium concessa sunt in totum protulsi abrogata , &
ir. ita , cum quasi possessione indesecuta intelli-
gantur . Beneficiaque huiusmodi , tanquam libera
a suis collatoribus conferantur , ac prouisiones hu-
iusmodi plenum effectum consequantur . Ad h̄c
licet Ep̄iscopo pr̄sentatos , à patronis , si idonei
Quicquid no-
natur , a pa-
tronis .

**T I T U L U S I A C I-
P A T R O N A T U S**
vnde lib.

Qui patrō-
nati abrogatis
sunt.

tronis ab Episcopo excommunicantur.

Patroni beneficiorum in perceptione frumentorum ne legerant, nec iuspatronatum in alias ceteras canonicas sacrae stones transferant.

non fuerint, repellere. Quod si ad inferiores institutiones pertineat; ab Episcopo tamen iuxta alia statuta ab hac sancta S: nodo examinetur: alioquin institutio ab inferioribus facta, irrita sit, & inanis. Patroni autem beneficiorum cuiuscunq; ordinis, & dignitatis, etiam si communitates, vniuersitates, collegia quacunq; clericorum, vel laicorum existant in perceptione suorum, prouentuum, obuentionum quorumcunq; beneficiorum, etiam si vere de iure patronatus ipsorum ex fundatione, & dotatione essent, nullatenus, nullave causa, vel occasione legerant, sed illos libere rectori, seu beneficiato, non obstante etiam quacunq; consuetudine, distribuendos dimittant. Nec dictum iuspatronatus venditionis, aut alio quo cunq; titulo in alios contra canonicas sanctiones transferre presulmant. Si fecerint, excommunicationis, & interdicti poenis subiiciantur; & dicto iurepatronatus, ipso iure priuati existant. Insuper accessiones per viam unionis factae de beneficiis liberis, ad ecclesiastis iurispatronatu, etiam laicorum subiectas, tam parochiales, quam ad alia quacunq; beneficia, etiam si opulencia, seu dignitates, vel hospitalia, ita ut praedicta beneficia libera eiusdem naturae cum ijs, quibus cum vniuntur, efficiantur, atque sub iure patronatus, constituantur. Hæ si nondum plenarium sortitæ sunt effectum, vel deinceps ad cuiusvis instantiam fient, quacunq; auctoritate etiæ Apostolica concessa fuerint, simul cum unionibus ipsis per subreptionem obtentæ intelligentur; non obstante quacunq; in iis verborum forma, seu derogatione, que habeatur pro expressa, nec executio amplius demandentur; sed beneficia ipsa unita cum vacauerint, libere, ut antea conferantur. Quæ vero à quadraginta annis citra factæ effectu & ple-

Quæ accessiones beneficiorum liberorum ad Ecclesiastis iuris patronatu, subiectas validas sint, & quæ non.

cum ijs, quibus cum vniuntur, efficiantur, atque sub iure patronatus, constituantur. Hæ si nondum plenarium sortitæ sunt effectum, vel deinceps ad cuiusvis instantiam fient, quacunq; auctoritate etiæ Apostolica concessa fuerint, simul cum unionibus ipsis per subreptionem obtentæ intelligentur; non obstante quacunq; in iis verborum forma, seu derogatione, que habeatur pro expressa, nec executio amplius demandentur; sed beneficia ipsa unita cum vacauerint, libere, ut antea conferantur. Quæ vero à quadraginta annis citra factæ effectu & ple-

nam incorporationem sunt consecutæ, hæ nihilominus ab Ordinariis tanquam à Sede Apostolica delegatis reuideantur, & examinatur, ac quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, simul cum unionibus irritæ declarantur, ac beneficia ipsa separantur, & aliis conferantur. Similiter quoque patronatus quicunque in ecclesiis, & quibuscunq; alii beneficiis, etiam dignitatibus, antea liberis acquisiti à quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi, seu ex augmento dotis, seu ex noua constructione, vel alia simili causa, & auctoritate Sedis Apostolicae, ab iisdem Ordinariis, vt delegatis, vt lupa, qui nullius in his facultatibus, aut priuilegiis impedianter, diligenter cognoscantur, & quos non repeterint ob maximum euidentem Ecclesiam, vel beneficium, seu dignitatis necessitatem legitime constitutos esse, in totum reuocent, atque beneficia huiusmodi sine damno illa possidentium, & restituto patronis eo quod ab eis idcirco datum est, in pristinum libertatis statum reducant, non obstantibus priuilegiis, constitutionibus, & consuetudinibus, etiæ immemorabilibus.

Si qua præterea Visitatores circa eadem iura patronacuum obseruare debent, cum quid aliud præter expectationem occurrit, consulatur etiam titulus de iure patronatus in decretalibus, & Hostien. eod. titulo & in sexto, titu. decimonono de iure patronatus, cum glossa ibidem &c.

Qui patronatus reuocandi sunt, & qua ratione.

RATIO VISITANDI CONFRATER-
nitates, hospitalia, & alia quæcunque pia
loca cum eorum bonis, ac ministris,

TITVLVS OCTAVVS.

Hospitalia
ab Episcopis
visitanda, tē
confraternit-
ates laicorū
& alia pia lo-
ca.



VOD attinet ad hospitalia, & alia pia loca quæcunque nomine illa appellantur, & bona eorum, personas, administrationē, nec non societates, seu confraternitas, plenam habent Episcopi locorum visitandi, corrigendi, & super his disponendi facultatem, vt ex multis Con-
ciliis Tridentini locis perpicue apparet;
Current c. 15. de
(ait) ordinarij, vt hospitalia quæcunque à suis ad-
ministratoribus quæcunque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis fideliter, & diligenter gubernentur;
Constitutionis Concilii
Viennensis, quæ incipit;
Quia contingit;
forma
teruatas quam quidem constitutionem eadem sancta S. nodus innouandam duxit, & innouat cum derogationibus in ea contentis.

Epi piarū di-
spositionum
executores.

Et l eff. 22. cap. 8. de reform. Episcopi etiam tan-
quam Sedis Apostolicę delegati, in casibus à iure
concessis, omnium piarum dispositionum tam in
vltima voluntate, quam inter viuos sint executo-
res: habeant ius visitandi hospitalia, collegia quæ-
cunque, ac confraternitates laicorum, etiam quas
scholas, sive quæcunque alio nomine vocent; non
tamen, quæ sub regū immediata protectione sunt,
sive eorum licentias, eleemosynas montis Pietatis,
sive Charitatis, & pia loca omnia, quomodocun-
que puncuentur, etiam si preditorum locorum
cura

cura ad laicos pertineat, atque eadē pia loca exem-
prioris priuilegio sint munita, ac omnia, quæ ad
Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes
sustentando instituta sunt, ipsi ex officio suo, iuxta
factorum canonum ita tuta cognoscant, & exequā-
tur, non obstantibus quacunque contiuetudine et
immemorabili, priuilegio, aut statuto.

Et cap. sequenti: Administratores tam ecclesia-
stici, quam laici fabricæ cuiusvis Ecclesiæ, etiam ca-
thedralis, hospitalis, confraternitatis, eleemosyne,
Montis pietatis, & quorumcunque priorum locoru-
m singulis annis teneantur reddere rationem admini-
strationis Ordinario, cōsuetudinibus & p. iuilegiis
quibuscumque in contrarium sublatis, nisi secus for-
te in institutione ordinatione talis ecclesiæ, seu fabri-
ce expresse cautum esset. Quod si ex contiuetu-
dine, aut priuilegio, aut ex constitutione aliqua lo-
ci, aliis ad id deputatis ratio reddenda esset; tunc
cum iis adhibeatur etiam Ordinarius, & alter fab-
ræ liberationes dictis administratoribus minime
suffragentur.

Et l eff. 25. cap. 8. de reform. Admonet sancta Sy-
nodus quæcunque ecclesiastica beneficia secularia,
seu regularia obtinentes, vt hospitalitatis officium
à sanctis patribus frequenter cōmeadatum, quan-
tum per eorum prouentus licebit, prompte beni-
gneque exercere assuelcant; memores eos, qui ho-
spititatē amant, Christum in hospitalibus recipere.

Item, illis vero, qui hospitalia vulgo nuncupa-
ta, seu alia pia loca ad peregrinorum, infirmoru-
m, senum, pauperumque vsum præcipi: instituta in
commendam, administrationem, aut quæcumque
titulum, aut etiam Ecclesiæ suis vnta, obti-
nent, vel si ecclesiæ parochiales, hospitalibus forte
vntæ, aut in hospitalia erexitæ, earumque patro-

Administratores fabricæ
cuiusvis ecclæ
hospitalis
confraternitatis
tis ac p. ioc
ratione adm
nistratio
ordinat red
dere tenetur.

Beneficia ob
tinētes hospi
talitatis offi
ciū exerceat.

Obtinētes ho
spitalia, seu
alia pia loca,
hospitalitatē
quam debent
ex fructibus
aut exerceat.

nis administratione concessæ sint, præcipit omnino, ut impositum illis onus, officiumque administrant, atque hospitalitatem, quæ debent, ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, iuxta constitutionem Concilij Viennensis: alias in hac eadem Synodo sub felicis recordationis Pauli Tertij, innouatam, quæ incipit: Quia contingit. Quod si hospitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta, nec in loco vbi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut per paucæ reperiantur, mandat adhuc, ut fructus illorum in aliud pium vsum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco, & temporeq; viilior, convertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum vnu peritiores sint, per ipsum diligendis, magis expedire vsum fuerit, nisi alter forte, etiam in hunc euentum, in eorum foundatione, aut institutione fuerit expressum, quo casu, quod ordinatum fuit, obseruari curet Episcopus, aut si id non possit ipse, prout supra videtur, non liter protideat. Itaque si prædicti omnes & singuli cuiuscunq; ordinis, & religionis, & diplices, & priuata gnatatis, etiam si laici fuerint, qui administrationem hospitalium habent, non tamen regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruantia ab Ordinario moniti, hospitalitatis munus adhibitis omnibus ad quæ tenentur necessariis, re ipsa obire ceſſauerint, non solum per ecclesiasticas censuras, & alias iuri remedia ad id compelli possint; sed etiam hospitalis ipsius administratione, curare perpetuo priuari possint; aliquæ eorum loco ab iis ad quos spectabit, substituantur; & prædicti nihilominus, etiam ad fructuum restitutionem, quos contra ipsorum hospitalium in-

stitutio-

sitionem perceperunt, quæ nulla eis remissione, aut compositione indulgeatur, in foro conscientiæ tenentur. Nec administratio, seu gubernatio huiusmodi locorum vni, & eidem per sona ultra triennium deinceps committatur, nisi aliter in fundatione cautum reperiatur, non obstante, quo ad omnia supradicta, quacunque ratione, exemptione, & consuetudine in contrarium, etiam immemorabili, seu priuilegiis, aut indultis quibuscumque.

Administratio hospitalium ac querū cunq; piorum locorum vni ultra triennium non committenda.

POENAE, QVIBVS AFFICIVNTVR
& plectuntur omnes tam laici, quam clerici
cuiuscunq; sint gradus, status, vel præminentia
etiam patromi, qui cuiuscunq; Ecclesiæ,
beneficij, Montis pietatis, vel quorumcunq;
aliorum piorum locorum qualiacunque bona,
vel pronentus ad ministrorum & pauperum
necessitates designatos &c. quomodocunq;
per se, vel per alios usurparint, &c.

TITVLVS NONVS.

Ex sicc.
z. 2. ca.
xj. d re
form.
Cocil.
Trid.



I quem clericorum, aut laicorum quacunque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit, inquit Sancta croce sancta Synodus Tridentina, ut alius Ecclesiæ, seu cuiuslibet secularis, vel regularis beneficii, Montium pietatis, aliorumque piorum locorum iurisdictiones, bona, census, ac iura, & impedites quomodo cunque percepione frumentorum cuiuscunq; Ecclesiæ beneficij, ac ppij loci in

C 3 etiam

ministrorum ac pauperium usum conuertere tēdorum ex-communicatiōnē subiacēt.

etiam feudalia, & emphyteotica, fructus, emolumenta, seu quacunque obuentiones, que in ministrorum & pauperum necessitates conuerti debēt, per se, vel per alios vi, vel timore incusso, seu etiā per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quocunque arte, aut quacunque quæsto colore in proprios usus conuertere, illosque usurpare præsumplerit, seu impeditre, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipientur, is anathemati tamdiu subiectus, quamdiu iurisdictiones bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodo cunque etiam ex donatione supposita personæ peruerenterint, Ecclesiæ, eiusq; administratori, siue beneficiario integrè restituuerit, ac deinde à Rom. Pont. absolucionē obtinuerit. Quod si eiusdem Ecclesiæ patronus fuerit, est iure patronatus, ultra predictas poenas, eo ipso priuatus existat. Clericus vero, quin eandæ fraudis, & usurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eiusdem penitentiatus sit, & ad quæcunque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à sacerdoti ordinum executione, etiam post integrum satisfactionem, & absolutionem, sui ordinarii arbitrio suspensus datur.

RATIO VISITANDI LAICOS
tam supremos, quam infimos.

TITVLVS DECIMVS.



V.O A D laicos visitandos supetius dictum est, omnes tam primarios etiam maximos Principes, quam infimos, in his, quæ ad salutem animarum, & pacem, aut equitatem publicam attinent, iurisdictioni in Episcoporum subesse, dicente Apostolo, Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruvigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri.

Et quia Episcoporum primus est Pôtifex Romanus Christi in terris Vicarius, & Beati Petri verus successor, cui omnis data est ligandi & soluendi potestas, vt superioris docuimus, ideo fatendum est, omnes Christi fideles utriusque sexus, & cuiuscunque status, Ecclesiasticos & laicos cuiusvis conditionis & præminentia, tam Principes, Reges, arque Imperatores, quam alios quoquaque etiam infime fortis eius visitationi, & correctioni subesse oportet.

Hist ec re. Hinc illa pia Imperatoris Valentiniā verba, Tadili trilem nobis in Pontificali constituite Sede, cui & part. lib. 7. nos, qui gubernamus Imperium, sincerè nostra capta submittamus: & eius monita, dum tanquam homines deliquerimus, necessario veluti curantis medicamenta suscipiamus. Hinc etiam Gelasius Papa scripti Imperatori Anastasio, vt habetur dist. 96. cap. 10. Duo sunt quippe Imperator Auguste quib. principaliter hic mūdus regitur, auctoritas

Laici Episcoporum iurisdictioni subiacēt.

Quicunq; lat ci etiā in sum mo gradu cōstituti Summi Pôtificis Romanī visitationi & corre ctioi subiūt.

Pontifices Romani Reges, & Imperatores excommunicant ac depositurunt.

ritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. In quibus tanto grauius pondus est Sacerdotum; quanto etiam pro ipsis Regibus hominum in divino sunt reddituri examina rationem. Et post pauca, Nostri itaque inter haec ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi posse voluntatem. Talibus igitur institutis, talibusque fulti auctoritatibus, plerique Pontificum, alii Reges, alii Imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis Principum requiratur exemplum, Beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorum (quia contentis, ut Sanctus Ioannes Chrysostomus à sua Sede pelleretur) excommunicauit. Proinde Romanus Pontifex Zacharias, vt est 15. quæst. 6.c.3. Regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantæ potestati erat inutilis, à Regno depositus, & Pipinum Caroli magni Imperatoris Patrem in eius locum substituit, Gallosque à fidelitatis iuramento, quod illi dederant, abfoluit. Ita quoque Rom. Pont. cum videret Imperatores Cœstianopolitanos egræ id nomen tueri, ac eā ob rem Vrbem, & Italiam ipsam magnas calamitates passam, Imperium à Gracis Constantini Sexzi Imperatoris tempore ad Germanos in personam Catoli Magni translatu. Ita D. Papa Innoc. Tertio Ottoni Quarti Imperium abstatuit, & Honorius Tertius Innocentii immediatus successor Friderici secundum Imperio privauit, & Innocentius Quartus Lufitanæ Regi administrationem Regni interdictit. Complura alia similia argumenta, & exempla adduci possent, quæ breuitati studentes omittentes maluimus, latius superque ex iam dictis cōstarcaritari, quod Summus Pontifex habeat iurisdictionem in clericos & laicos tam superiores, & inferiores, & consequenter auctoritatem visitandi,

ac de-

Beatis & elect. potest. c. rem. ex sa. Theod. reg. & Princ. lib. 3. c. ro.

Cap. gradu. de sup. pl. ut. gl. Pra. lat.

De ma. obedi. & ræ. ob. c. 4

LIBER PRIMVS. 41
ac delinquentes puniendi. Ad quorum omnium robur & firmamentum ait B.Thomas lib.3.cap. ro. de Reg. Princ. circa medium summos Pontifices in iā memoratis casibus, & aliis similibus, non extendit sive manus nisi ratione delicti, quia ad id ordinetur eorum potestas, vt profint gregi, cuius ea de causa patores appellantur, & eis ad iubitorum utilitatem, & non ad propriam, vigilare incumbat.

Post summum autem Pontificem viuuersalem ecclesiæ pastorem, sunt peculiares locorum Ordinarij, quibus est obediendum, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, qui in parte sollicitudinis Apostolicæ, spiritu sancto operante, assumpti, in Apostolorum locum successerunt, vt rectè etiam docet Sacra Synodus Tridentina sess. 2. 3. c. 4. reform. Proinde episcoporum est super viuertum tam secularem, quam ecclesiasticum gregem cuique commis-
A. 10. sum vigilare, iuxta illud auli Apostoli. Attendite vobis, & viuero gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, idque vt omnes pre viuant, & errantes debiri corrigantur, secundū eiusdem Apostoli doctrinam. Timotheum admonentis:
a. Ti. 4. Prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Commune itaque omnibus est, tam laicis, quam in ecclesiasticis, vt Episcopis suis, & mandatis eorum

De ma. obedi. Huc sacer Canon; omnes Principes teriori. & ræ, & ceteros homines Episcopis obediens beatus ob. c. 4 Petrus præcipiebat. Et inferius c. 6. Imperius nō præ est acerdotio, sed subiectus, & ei obedire tenetur. Irē Episcopus non debet subiectus Principibus, sed præ Di. 96. esse. Et alibi. Imperator Catholicus est (quod fala- cap. 11. ua pace ipsius dixerimus) filius est nō præfut ecclesiæ, quod ad religionem competit, dilecere ei conuenit.

Locoru ordi narii in par tem soliciu dinis Apostoli licet aucto ripes etiā obe diendum.

Episcopus nō debet subiectus Principibus sed pax. sile.

Epicopis pri
cipis excom-
municarunt.

nit, non docere: habet prīilegia suā potestatis, quæ administrandis legibus publicis diuinitus consecutus est, vt eius beneficis non ingratus contra dispositionem coelestis ordinis nil vituperet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad seculi potestates; quas si fideles sunt, Ecclesiæ suæ sacerdoribus voluit esse subieetas. Non sibi vindiceat alienum ius & ministerium, quod alteri deputatum est, ne contra eum tendat abrumpi, a quo omnia constituta sunt, & contra illius beneficia pugnare videatur, a quo propriam consecutus est potestatem &c. Et Gelasius Papa Anastasio Imperatori, vt habetur distinct. 96. capit. 10. circa medium, Beatus etiam Ambrosius, licet Sanctus, non tamen vniuersalis Ecclesiæ Epicopus pro culpa, quæ aliis sacerdotibus non acè gravis videbatur, Theodosium magnum Imperatorem excommunicans ab Ecclesiâ exclusit, qui etiam in suis scriptis ostendit, quod autrum nō tam pretiosius sit plumbum, quam Regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principium sui pastoralis scribēs. Honor, fratres, & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regnum fulgori compares, & Principum diademati, longè erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem cōpares: quippe cum videoas Regum colla, & Principum submitti genibus Sacerdotum, & osculata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiri.

Ex quibus clarissimum euadit, ad Episcopos post summum Pontificem pertinere, vt laicos omnes et Principes sibi eos missos non solum gubernent ac regant, atque ybi opus est, ab erroribus reuocet admonendo, obiurgando, & corrigendo, sed etiā dominos ipsorum in casibus a iure permisis, maximè hære-

hæresecos, inspiciant, ac perlustrent, & id genus alia faciant, quæ ab ipsis fieri digna videbuntur. Quare merito Episcopis tribuitur, vt laicos etiam primarios antecedant, & non, vt quidam cum status sui dedecore faciunt, se illis submittant, quas sacra Sy nodus Tridentina optimo iure ita repræhendit: Nō potest Sancta S. nodus non grauiter dolere audiēs cap. 17. refor. Episcopos aliquos sui status oblitos, Pontificiam dignitatem non leuiter de honestate qui cum Regum ministris, Regulis, & Baronibus in Ecclesia & extra indecenti quadam demissione se gerunt, & veluti inferiores ministri altaris, nimis indignè non solum loco cedunt, sed etiam personaliter illis inferuntur. Quare hæc & similia detestans sancta S. nodus, sacros Canones omnes Conciliaque generali, atque alias Apostolicas sanctiones, ad dignitatis Episcopalis decorum & grauitatem pertinentes reñouando præcipit: vt ab huiusmodi in posterum Episcopi se abstineant: mandans eidem, vt tam in Ecclesia, quam foris suum gradum & ordinem præ oculis habentes, vbiique se patres & pastores esse meminerint; reliquis verò tam Principibus, quam cæteris omnibus, vt eos paterno honore, ac debita reuerenter prosequantur.

Quinimò eadem Sancta S. nodus Tridentina laicos Principes & magistratus omnes hortatur, & admonet, vt diligentem, sed dulamque adhibeant curam, vt tam ipsis, quam eorum subditu non solum Episcopos, aliosq; i.e. Prælatos & Parochos, verum etiam cunctas personas ecclesiasticas venerentur, eisq; condignam exhibeant reverentiam, & Præpositis suis, Parochis, aliosq; superiorebus condignam obedientiam præsent, atque id genus alia cleri immunitatem populi Christiani correctionem, conseruationemve concernientia feruent atque

Epicopii Ia-
cos etiā pri-
marios atten-
dere debent.

Increpantur
Episcopii, qui
Dominus lai-
cis loco ce-
dunt & infer-
untur.

atque custodiant his verbis: Cupiens sancta Synodus ecclæsticâ disciplinam in Christiano populo non solum restituiri, sed etiam perpetuò sartam te-
Comc.
Tritie.
Sessi.
cap. 10.
 Etiam à quibusdam impedimentis conseruari pre-
 ter ea, quæ de ecclæsticis personis constituit, sacerdtales quoque Principes officij sui admonen-
 dos esse censuit, confidens eos, vt Catholicos,
 quos Deus sanctæ fidei, ecclæsiaque protectores
 esse voluit, ius suum ecclæsia restitui, non tantum
 esse concessuros: sed etiam subditos suos omnes
 ad debitam erga clericum parochos & superiores
 ordines reuerentiam reuocatores; nec permis-
 sors, vt officiales, aut inferiores magistratus ecclæ-
 sia, & personarum ecclæsticarum immunitatem
 Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus con-
 stitutam, aliquo cupiditatis studio, seu incon-
 sideratione aliqua violent; sed vñā cum ipsis Pri-
 ncipibus debitam sacris Summorum Pontificum &
 Conciliorum Constitutionibus obseruantiam præ-
 stent. Decernit itaque & præcipit Sacros Cano-
 nes, & Concilia generalia omnia, nec non alias
 Apostolicas sanctiones in fauorem ecclæsticarum
 personarum, libertatis ecclæsticæ, & contra
 eius violatores editas, quæ omnia præfenti etiam
 decreto innovat, exæcte ab omnibus obsernari de-
 bere. Prætereaque admonet Imperatorem, Reges,
 Respublicas, Principes, & omnes & singulos cuius-
 cunque status & dignitatis extiterint, vt quo largius
 bonis temporalibus atque in alios potestate sunt or-
 nati, eo sanctius, quæ ecclæstici iuris sunt, tan-
 quam Dei præcipua, eiusque patrocinio testa-
 venerentur: nec ab ullis Baronibus, Domicellis, Re-
 ctoribus, alijsve Dominis temporalibus, seu ma-
 gistris, maximeque ministris ipsorum Principi-
 um lædi patientur: sed seuerè in eos, qui illius li-
 bertatem,

bertatem, immunitatem, atque iurisdictionem im-
 pediunt, animaduertant, quibus etiam ipsimet
 exemplo ad pietatem, religionem, ecclæsticarū-
 que protectionem existant, imitantes anteriores op-
 timos, religiosissimosque Principes, qui res ecclæsæ
 sua in primis autoritate, ac munificentia auxerūt,
 ne dum ab aliorum iniuria vindicarunt. Adeoque
 ea in re quiske officium suum sedulò præstet; quod
 cultus diuinus deuocè exerceri, & prælati, cæteri-
 que clerici in residentiis, & officiis suis quieti, &
 sine impedimentis, cum fructu, & ædificatione po-
 puli permanere valeant.

BATI O VISITANDI QUALIA CVNQVE
 regularium virorum Monasteria do-
 mus, & Collegia.

TITVLVS VNDECIMVS.



ICET sub nomine regularium tam mulieres, quam viri intelli-
 gentur, separatim tamen de viris
 que agemus, & hoc quidem loco
 de viris, sequenti verò titulo de
 monialibus. Virorū Conuentus
 sunt bipartiti, quidam enim in con-
 gregationes sunt redacti, & alij per se sunt, & horū
 quidam Sedi Apostolica subsunt immediate, à qua,
 vel eius delegatis prælatorum etiam confirmatio
 accipitur; alij verò episcopis locorū subiecti sunt, a
 quibus Prælati ipsorum etiam confirmantur. Con-
 ventus etiam in congregations redacti duplices
 sunt; quædam enim congregations Sedi Apostoli-
 ce immediate subsunt, a qua Generales ordinum
 seu

Religiosorū
 in variis gra-
 dus distincione

seu congregationum huiusmodi confirmantur, & ab eis reliqui superiores subordinati, & alii episcopis locorum obediunt, ab eiusque Prelatorum confirmationem accipiunt. Congregationes Sedi Apostolicae immediatè subiectae, bisacram sunt diuītæ. Quædam enim incedunt in habitu cleriali tunicula, veluti sacerdotes hospitalium sancti Spiritus, Theatini, patres societatis Iesu, Paulini, leu Barnabitæ, ac similes; alii vero in habitu monastico, veluti Chartusi, Cistercienses, Camaldulenses, Montis oliveti, ignæti Hieronymi, Benedictini Montis Casini, Canonici regulares Lateranenses, & Selopetini, Dominicani, Franciscani, Augustiniani, Carmelitæ, Seruitæ, Minimi minimorum, Montis Virginis, & alii similes. Horum Conuentus monasteria nuncupantur, illorum Collegia, & sancti Spiritus Holpitæ. Neque præterea nuncupantur, diuersa esse prædictorum membrorum monasteria commendata, quorum etiam singularis est habenda ratio, ut intelligi possit, ad quos eorum spectet visitatio. In primis igitur agemus de monasteriis, quæ per se sunt, & prius de Sedi Apostolicae immediatè subiectis postmodum etiam de iis, quæ episcopis locorum subiecti, postea venientes ad ea in congregations pariter redacta, quæ Sedi Apostolicae immediatè subiunt, demum monasteria, quæ ciueris sub nomine Commende concessa sunt perlequemur, & hoc in sequenti titulo.

Quoad monasteria, quæ per se sunt, & sedi Apostolicae immediatè subiunt, ita sancta S. uodus Tridentina tuncius, Monasteria omnia, quæ generalibus Capitulois, aut episcopis non subiunt, nec tuos habent ordinarios regulares Visitatores, sed sub imme-

immediata Sedis Apostolicae protectione, ac directione regi confueuerunt, teneantur infra a puncta a fine præsentis Concilii, & deinde quilibet triennio sese in congregations redigere, iuxta formam constitutionis Inocentii Tertii in Concilio generali, quæ incipit. In singulis, ibique certas regulares personas deputare, quæ de modo & ordine, de predictis congregationibus erigendis, ac statutis re.

in eis exequendas deliberent & statuant: Et infra;

Ex fest. 25. c. 8. 4c. reg. &c. in fine: Quod si in his negligentes fuerint, licet Metropolitano, in cuius Provincia predicta Monasteria sunt, tanquam Sedis Apostolicae delegato, eos pro predictis causis conuocare. Quod si infra limites vnius Provinciae non sit sufficiens talium Monasteriorum numerus ad erigendam congregationem, possint duarum, vel trium Provinciarum Monasteria vnam facere congregationem. Ipsius autem congregationibus constitutis, illarum generalia Capitula, & ab illis electi praesides, vel Visitatores eadem habeant autoritatem in sua congregationis Monasteria, ac regulares in eis commorantes, quæ alii Praesides, ac Visitatores in cæteris habent ordinibus: teneanturque sua congregationis Monasteria frequenter visitare, & illorum reformationi incumbere, & ea obseruare, quæ in sacris Canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta. Quod si etiam Metropolitano instante, predicta exequi non curauerint, episcopis in quorum Diocesibus loca predicta sita sunt, tanquam Sedi Apostolicae delegatis subdantur.

Quoad alia vero Monasteria, quæ per se sunt episcopis locorum subiecta, nemo sit qui ambigatur, quin ab eis debeant visitari, reformari, & iuxta delectorum qualitatem castigari. Nam si Monasteria in congregations non redacta, quæ Sedi Apostolicae imme-

Monasteria p se sedi Apostolicae imme diate subiec ta tenetur ex decreto Cil. Trid. scie in congrega tiones redige

Monasteria p redicta i co gregaciones se redigere re suscitare loco rum ordinariis subdatur. Monasteria p se Episcopis subiecta ab eisdem visita ri ac rebu ma ri debent.

immediatè subsunt, Episcoporum tanquam ipsius Sedi Apostolicæ delegatoū correctioni committuntur. multò magis in ea episcoporum, correctio exercebitur, ad quę inmediatam habet iurisdictionem. Cuius generis quamplurima inueniuntur per Germaniam maximè ordinum beati Benedicti, & Canonicon regularium, quæ in congregations hactenus redigi non potuisse arbitror, ob Monasteriorum nimiam distantiam, ac religiosorum quorundam renitentiam, qui in libertate, ac licentia disciplinæ viuunt libenter, maluntque sub sola Episcoporum obedientia manere, quam ut etiam à congregacionum superioribus ad strictiorem viuendi normam reducantur, & de excessibus suis acris paniuntur.

Monasteria in congregations redacta, qua sub Episcopatu, ab eorum subiectione nō existuntur.

Quoad Monasteria autem in cōgregations quidem redacta, non tamen ab episcoporum subiectio ne exempta, possunt episcopi, vt prius solebant, ea visitare, religiosos delinquentes punire, prælatos ita merentes deponere, & alios canonice electos confirmare, quia licet sacri Canones mandent, Monasteria huiusmodi in congregations redigi, & Præsidentes ac Visitatores creari, non propterea tam a pristina episcoporum subiectione eximuntur, vt habetur expressè ex Constitutione Innocentij Tertiij, propofita in Concilio Generali Lateranensis cap. 12. & in lib. 3. Decretal. Tit. 35. De statu monachorum. cap. 7. posita, quæ etiam recensetur & innovatur a sacro Concilio Tridentino less. 25. cap. 8. de regul. & monial. his verbis; In singulis regnis, sive p oūcini fiat de triennio in cīniū salvo iure Diœcesanorum Pontificum commune Capitulum Abbatum, atque Priorum Abbates proprios non habentum, qui non confuerunt tale Capitulum celebrare, ad quod vniuersi conueniant p̄.

Quomodo Visitatores regulares cōgregacionum nō exceptum debent procedere.

præpeditionem Canonicam non habentes apud vnum de Monasteriis ad hoc aptum &c. Et qui conuenierint, vitam ducant communem, & faciente proportionabiliter simul omnes communes expensas; ita quod si non omnes poterunt in eisdem, saltem plures simul in diuersis domibus commoren tur: ordinentur etiam in eodem Capitulo religiose, ac circumspectæ personæ, quæ singulas Abbatias, eiusdem Regni seu Prouincia; non solum Monachorum, sed etiam Monialium secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare, corrigentes, & reformatos quæ correctionis, & reformationis officio viderint indigere: ita quod si rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amouendum, denuncient Episcopo proprio, vt illum amouere procuret. quod si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apostolicæ Sedis examen. Hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum, volumus, & præcipimus obseruare. Si vero in hac nouitate quicquam difficultatis emerferit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicæ Sedis iudicium absque scandalō referatur, ceteris irrefragabiliter obseruatis, quæ concordi fuerint deliberatione Prouisa.

Tonci. Porro diœcefani Episcopi monasteria sibi subie citidet. Ita ita studeant refo. mare, vt cum ad ea prædicti fel. & c. Visitatores accesserint, plus in illis inueniant quod sommatione, quam quod correctione sit digni, attentissime præcauentes, ne per eos dicta monastria indebitis oneribus agraverentur. Quia sicut volumus superiorum iuria teruari, ita inferiores nolumus iniurias sustinere. Ad hoc districte præcipitamus tam diœcesanis Episcopis, quam personis quæ præsentent Capitulis celebrandis, vt per censu-

Quid Diœcesanis Episcopis circa congregations nō exemptas agere conueniat

ram ecclesiasticam appellatione remota compescat Aduocatos, Patronos, Vicedominos, Rectores, & Consules, magnates, & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria presumant offendere in personis, aut rebus. Et si forsitan offendenterint, eos ad satisfactionem compellere non omittant, ut liberius & quietius omnipotenti Deo valeant famulati. Et Honорius Papa Tertius Abbatibus & monachis in Lombardia & Marchia Teruisina constitutis, ut habetur in predicto titulo de statu monachorum cap. 8. circa medium, sic fanciuit; Quod si Abbas non exemptus fuerit a visitatoribus nimis negligens & remissus inuentus, id loci dioecesano denuncient sine mora, & per illum detur eis fidelis & prouidus coadiutor usque ad capitulum generale.

Prælatus aliquis monasterij huiusmodi d. cap.
dilapidator in visitatione repetitus, vel alijs merito amouendus, per diocesanum postquam hoc sibi a visitatoribus denunciatum fuerit, amoueatur absque iudiciorum strepitum, a regimine Abbatiz, ac monasterio: prouideatur interim de administratore idoneo, qui temporalium curam gerat, donec ipsi monasterio fuerit de Abbatie prouisum. Quod si forsitan Episcopus hoc adimplere noluerit, vel neglexerit; Visitatores, vel præsidentes Capitulo generali defectum Episcopi Apostolicæ Sedi non differant intimare. Hæc eadem circa exemptos Abbates fieri præcipimus per visitatores vel præsidentes Capitulo generali depositione ipsorum Sedi Apostolicæ referuata, ita ut Abbatie qui amouendus videbitur, interim per visitatores, vel in Capitulo præsidentes ab administratione suspenso, administrator idoneus monasterio deputetur. Illorum autem excessus & alia, quæ visa fuerint intimanda, Capitulo præsidentes nobis denuncient per fideles nuncios, & prudentes, quibus de communi-

muni contributione Abbatum, iuxta cuiuslibet facultatem sufficienter ministrentur expensa.

Circa predicta vero monasteria ab Episcoporum suorum iurisdictione, & subiectione non exempta, & in congregations redacta, aduertendum est, eorum complura temporis successu, præsertim in gruente heresi, se a congregationibus subtraxisse, & sub sola Episcoporum iurisdictione ad propriam libertatem redisse, non absque graui regularis vita iactura, & monasteriorum incommmodo, id quod a Prælatis ipsis procuratum est, ut absque inspectoriis rerum tam temporalium, quam spiritualium administrationem pro arbitrio gerere possent, unde & recte disciplinæ neglectus, & honorum temporalium dissipatio ortum habuere, id quod ego ipse dum varias Germania partes Nuncij Apostolicæ munere fungens peragarem, experientia & vsu cognoui, eamque ob causam assiduum operam dedi, ut in Bauaria ordinum sancti Benedicti, & Cænonicorum regularium monasteria omnia, & in Suevia sancti Benedicti, aliqua rursus in congregations redigerentur (nam aliorum ordinum omnia sub generalium suorum obedientia viuunt) nec minus tamen locorum Episcopos vii ordinarios suos agnoscent.

Quoad alia vero monasteria, & collegia in congregations ab Episcoporum iurisdictione exemptas redacta, de quibus superius dictum est, generales ordinum, & alij substituti, veluti prouinciales, præsidentes, aut quoconque alio nomine nun cupentur, monasteria, & collegia sua visitandi ac reformandi absolutam habent potestatem, & regularium excessus corrigendi ac puniendi, necnon Prælatos ipsorum iuxta exigentiam, deponendi, & alios canonice creatos confirmandi, absque ullo

Copula monasteria ab ordinario iurisdictione, haud excepta, & in congregations redacta iuxto annis a congregacionibus le subtraxerunt, ut liberius viue possit.

Monasteria in congregations exemptas redacta per generales ordinum & alios regulares subordinatos visitatur, ac reformatur,

Episcoporum interuentu , siue consensu . Proinde facri canones , & Apostolicæ constitutiones non modo superiores ipsos regularium huiusmodi , frequenter adhortantur , vt supra gregem sibi cōfīsum diligenter vigilare , ac pro subditorum salute officio suo accurate satisfacere ; sed etiam regulares ipsos , vt ad regulæ , & instituti sui perfectionē , vitam , moresque conformare velint . Atque , vt alia omittamus , sacro sancta Synodus Tridētina less . 25 . cap . 20 . de regul . & monial . ita ait , Abbates , qui sūc ordinum capita , ac ceteri prædictorum ordinum superiores Episcopis nō subiecti , quibus est in alia inferiora monasteria , prioratusve legitima iurisdi ctio , eadem illa sibi subiecta monasteria , & prioratus , suo quisque loco , atque ordine ex officio vi sitent , &c . Et infra , Superiores , qui correctiones , & spirituale regimen exercent , à Capitulis generalibus , vel ipsorum ordinum Visitatoribus instituantur . In ceteris omnibus prælatorum ordinum pri uilegia , & facultates , quæ ipsorum personas , loca , & iura concernunt , firma sint & illeſa . Et capitulo primo eiusdem titulo . Quoniam non ignorat Codici. sancta Synodus quantum ex Monasteriis pie institutis , & rectè administratis in Ecclesia Dei splendoris , atque utilitatis oriatur , necessarium esse censuit , quo facilius ac maturius , ubi collapta est , vetus & regularis disciplina instauretur , & constantius ubi conseruata est , perseveret , præcipere , prout hoc decreto præcipit , vt omnes regulares tam viri , quam mulieres , ad regulæ quam professi sunt præscriptum , vitam instituant , & componant , atque in primis , quæ ad sua professionis perfectionem , vt obedientia , paupertatis , & castitatis , ac si quæ alia fuerit , alicuius regulæ & Ordinis peculiaria vota & præcepta ad eorum re spectiuē

spectiuē essentiam , necnon ad communem vitam , victum , & vestitum conferuanda pertinentia fide liter obseruent . Omnisque cura & diligentia à su perioribus adhibeantur , tam in Capitulis generalibus , & prouincialibus , quam in eorum visitationibus , quæ suis temporibus facere nō prætermittant , vt ab illis non recedant , cum compertum sit ab eis non posse ea , quæ ad substantiam regularis vitaे pertinent , relaxari . Si enim illa quæ bales sūt , & fundamenta totius regularis disciplinæ exactè non fuerint conseruata , totum corrut ædificium necesse est . Idem & in plerisque aliis locis , quæ bre uitatis caula studiosè prætermittimus .

Quoniam superioris diximus etiam religiosos ab Episcoporum obediencia ac subiectione ita exemptos in quibusdam casibus Episcoporum correctioni subiacere , videndum iam est , qui sint isti casus : eos enim hic subiungemus ex diuersis locis sacro sancta Synodi Trid. de promptos .

S. less. 25. c. 16. de facta , etiam cum iuramento , vel in favore cuiuscun regu. & que cause pig. valeat , nisi cum licentia Episcopi , si ue eius Vicarii fiat , intra duos menses proximos ante profisionem , ac non alias intelligatur effec tum suum fortiri , nisi secuta profisione , aliter vero facta , etiam si cum huius favoris expressa renunciatione , etiam iurata , sit irrita & nullius effectus . Quinimmo neque ante profisionem quocun que prætextu à parentibus , vel propinquis , aut curatorib. alicuius nouitii Monasterio aliquid ex bonis eiusdem tribui debet , excepto victu , & vestitu nouitii illius temporis , quo in probatione est , ubi confuetudo est similia dari . Quod vt omnino obserueret eadem sancta Synodus sub anathematis poena dantibus & recipientibus præcipit , & vt ab

In diuersis casibus , qui sequuntur , regulares exempti è Episcoporum obediencia subiacent .

Nulla renun ciatio , aut ob ligatio etiā iurata ante p rofisionem fa da valeat , nisi si cum licentia Epi , aut eius Vicarii fiat , intra duos menses proximos ante profisionem , & se cuta sit profi sio .

Regularis è religione ex ingressu vel professionis de fectu aliquo discedere vel lens non audiatur, nisi in tra quinque mīnū tñ a die professionis, & deducit causis coram superiori, &c ordinario.

Regularis a conuentu suo sine licetia superioris recessus ab ordinario puniri potest.

Similiter qui in viuueris tate studi cā in conuentu nō habitat.

Regularis e

xceptus extra claustra noro

rie delinqñēs cum scādalo

populi, si a su

periere intra tempus ab E

piscopo præstari nō pu

matur, potest ab epi copo

unir.

Regularis cu

i. s. ordinis

extra mona

sterior degēs,

si deliquerit ab ordinario pa

euntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant, mādat, quod vi recte fiat, & p̄scopus, etiam per censuras ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

Item quicunque regularis prætendat (inquit sancta croſancta Synodus Trid. less. 25. cap. 19. de regul. & monial.) se per vim, & metum ingressum esse religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacunque de causa, aut etiam cum habitu d'cedere sine licentia superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum a die professionis, & tunc non aliter, nisi causas quas prætenderit, duxerit coram superiore suo & Ordinario.

Item non licet regularibus a suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedē di, nisi ab eisdem misi, aut vocati fuerint. Qui vero sine prædicto mandato in scriptis obtento, reper-tus fuerit, ab ordinariis locorum tanquam deser-tor sui instituti puniatur. Illi autem, qui studiorum causa ad viuueris tates mittuntur, in conuentibus tan-tum habitent: alioquin ab ordinariis contra eos procedatur.

Item regularis non subditus Episcopo (vt eadē Synodus ait) qui intra claustra monasterij degit, & extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalum regu. & mos. fit, Episcopo instantे à suo Superiori intra tempus ab Episcopo præfigendum, leuere puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus à suo Superiori officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

Item nemo secularis clericus, vel cuiusvis ordinis personalis, vel regularis extra monasterium de-gens, etiam sui ordinis priuilegijs prætextu, tutus cœ-fatur, quoniam si deliquerit, ab ordinario loci tā-

quam

quam super hoc a Seđe Apostolica delegato secundum canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat.

Item beneficia curata, quæ monasteriis, beneficiis, seu collegiis, aut piis locis quibuscumque perpetuo vniā & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur, qui solite prouidere procurent, vt per idoneos vicarios etiā perpetuos, nisi ipsis Ordinariis, pro bono ecclesiarum regime aliter expedire videbitur, ab eis cum tertie partis fructuum, aut maiori, vel minori arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione etiam super certa re assignanda ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur; appellatis, priuilegiis, exemptionibus, etiam cum iudicium deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minime suffragantibus.

Item ecclesiæ parochiales, monasteriis quibus c. 13. de cuncte, aut abbatiis, seu dignitatibus, siue præbent. regu. & non lib. c. 14. de cuncte, aut ab aliis beneficiis simpli cibis, aut hospitalibus, militiisve non viuantur, & quæ vnitæ sunt, reuideantur ab Ordinariis, iuxta alias decreta in eadem Synodo sub fel. rec. Paulo III. quod etiam in vnitis ab eo tempo re crita quæ obserueretur; non obstantibus in iis quibuscumque verborum formis, quæ hic pro lusſicierent expressis habeantur.

Et alibi; In monasteriis seu domibus virorum reg. & seu mulierum, quibus imminet animarum cura per monia. sonarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum monasteriorum seu locorum familia, personæ, tam regulares, quam seculares huiusmodi curam exercentes, subsint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi.

Beneficii curata monasteriis, collegiis seu piis locis quibuscumque perpetuo vniā ab ordinariis locorum annis singulis visitati debet

Ecclesiæ parochiales, monasteriis, sine aliis beneficiis aut locis, po sterū nō viuantur, & vnitæ reuidetur ab ordinariis.

In monasteriis, quibus imminet animarum cura, persona de familiis, & hominē curam exercentes, qui ad eum ipam, & sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi.

scopi, in cuius diœcesi sunt sita. Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amioibiles depurantur, nisi de eiusdem consensu, ac prævio examine per eum, aut eius Vicarium faciendo, excepto monasterio Cluniacen-sium, cum suis limitibus, & exceptis etiam iis mo-nasteriis, seu locis, in quibus Abbates, Generales aut capita ordinum sedem ordinariam principale habent, atque aliis Monasteriis, seu domibus, in qui bus Abbates, aut alij regularium superiores iurisdi-ctionem Episcopalem, & temporalem in parochos & parochianos exercent: salvo ramen eorum Episcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel personas jurisdictionem exercent.

Item regulares cuiuscunque ordinis, nisi a suis superioribus de vita, moribus, & scientia examina-ti, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam ref. in ecclesiis suorum ordinum, prædicare non pos-sunt, cum qua licentia personaliter se coram Episco-pis præsentare, ab eis benedictionem petere teneā-tur, antequam prædicare incipient. In ecclesijs ver-o, que suorum ordinum non sunt, ultra licentiam suorum superiorum eriam Episcopi licentiam habe-re teneantur, sine qua in ipsis ecclesiis non suorum ordinum nullo modo prædicare possint. Ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant. Si vero quod absit, prædicator errores aut scandala dissemi-nauerit in populum etiam si in monasterio sui, vel alterius ordinis prædicet, Episcopus ei prædicatio-nem interdicat. Quod si hærefes prædicauerit, contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci cōsue-tudinem procedat, etiam si prædicator ipse genera-lis, vel speciali priuilegio exemplum se esse pre-tendere. Quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, & tanquam Sedis Apostolicæ delegatus procedat.

Contra regu-lari predica-tores scanda-la aut erroris eminenter Episcopu-s procedere potest. Item cœluræ & interdicta, nedum à sede Aposto-lica

Sel. 21. lica emanata, sed etiam ab ordinariis promulgata, c. 12 de mandante Episcopo à regularibus in eorum eccl. regu. & suis publicentur, atque seruentur. Dies etiam festi, mon. quos in diœcesi sua seruandos idem Episcopus pra-cepit, ab exemptis omnibus, etiam regularibus seruentur.

Sel. 25. Controversias omnes de præcedentia, quæ per c. 1. de sepe maximo cum scandalô oriuntur inter ecclœsia regu. & mon. sticas personas, tam seculares, quam regulares cu in processionibus publicis, cum in eis, quæ sunt in tumulandis defunctorum corporibus. & in deferenda vmbella, & aliis similibus. Episcopus auctor omni appellatione, & non obstantibus quibuscumque componat. Exempti autem omnes tam clericis secu-lares, quam regulares, quicunque etiam monachi, ad publicas processiones vocari, accedere compellantur, ijs tantum exceptis, qui in strictriori clautura perpetuo viuunt.

Sel. 3. c. 1. ref. 5. i. mo-naltes-sis. In monasteriis quoque monachorum, vbi com-mode fieri queat, etiam lectio sacræ scriptura habi-beatur, qua in re si Abbates negligentes, Episcopi loco-corum in hoc, vt edis Apostolicæ delegati, eos ad id opportuniti remediis compellant. In conuenienti-bus vero aliorum regularium, in quibus stu-dia commode vigere possunt, sacræ scri-

pturæ lectio similiter habeatur, que lectio à Capitulis generali-bus, vel provincialibus asignetur digno-ribus magi-stris.

Cœlura & in-terdicta etiâ ab episc pro-mulgata, ad mandatum tpi scipto in regu-larium ecclœ-sis publicari ac seruari debet, similiter dies festi ab Episcopo per diecim præcepti.

Controversias de præcedentia in proces-sionibus, ex-equis, & linnellibus, episcopos componat.

Exempti ad processiones accedunt vo-cati.

In monasteriis, vbi conmuni potest, vt regula facili-eretur habeatur ab Epis-curandum.

TITVLVS DECIMVS.

Monasterio-
rum commen-
datorum diui-
sio.



VONIAM monasteriorum cōmendatorum nonnulla subsunt congregatiōnibus etiam ab Episcoporum subiectiōne exemptis, alia verò per se sunt, aut Sedi Apostolice immediatè subiecta, aut Episcopis locorum, hic seorsum de eis omnibus agemus.

Monaferia
commédatta,
q̄ per se sunt,
sive Sedi Apo-
stolice, sive
Epis sublīnt,
à locorū ordi-
nariis ut alia
beneficia om-
nia commen-
dataſ, visitari
annis singulis
debet.

Quod monasteria commendata in congregations non redacta , sive Sedi Apostolica immideate , sive Episcopis subsint , ita locorum ordinariis sunt supposita , vt omnia alia beneficia non curata , & curata . Quæcunque in diœcesi ad Dei cultum spectant (inquit sacrosancta Synodus Tridentina) ab Ordinario diligenter curari , atque iis vbi oportet , prouideri æquum est , propterea commendata monasteria etiam Abbatia , Prioratus , & Præpositura nuncupata , in quibus non viget regularis obseruantia , necnon beneficia tam curata , quam non curata , secularia & regularia , qualitercumque commendata , etiam exempta , ab Episcopis etiam tanquam Apostolica Sedis delegatis annis singulis visitentur ; currentque idem Episcopi congruentibus remediis , etiam per sequestrationem fructuum , ve quæ renouatione indigent , aut restaurazione , reficiantur ; & cura animarum , si qua illis , vel eorum annexis immineat , aliaque debita obsequia recte exerceantur , appellationibus quibuscumque privilegiis , consuetudinibus , etiam immemorabili tem-

LIBER PRIMVS.

tempore præscriptis, conservatoriis, iudicium deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstatibus.

Similiter dicimus monasteria commendata in congregaciones Episcopis subiectas redacta, eorumdem Episcoporum visitationi, correctioni, animaduersioni, ac reformationi subesse, non minus, ac alia in eisdem congregaciones Episcopis subiectas redacta, quæ etiæ peculiares habent superiores, congregations huiusmodi, in rebus licitis tamen & iustis, quantum sacri permittunt canones, etiam Episcopis obedire debent.

Alia vero monasteria quibusuis personis cōmēdata in congregatiōne exemptas redacta, ab ordinum, siue congregatiōnum huiusmodi superioribus debent visitari, ac re-formari, & religiosi delinquentes puniri, ut expre-sē docet sancta Synodus Tridentina his ver-
bis. **ss.** Abbates, qui sunt ordinum capita, ac cæteri
c. 10. de regu. &
mōnia. predicatorum ordinum superiores Episcopis non
subiecti, quibus est in alia inferiora monasteria, prioratusve legitima iurisdictio, eadem illa sibi su-biecta monasteria, & prioratus, suo quisque loco, atque ordine ex officio visitent, etiam si commen-data existant. Quæ cum ordinum suorum capitibus subsint, declarat sancta Synodus, in iis, quæ
alias de visitatione monasteriorum commendato-rum definita sunt, non esse comprehensa, teneanturque quicunque prædictorum ordinum monaste-riis præfunt, prædictos Visitatores recipere, & il-lorum ordinationes exequi: ipsa quoque monaste-ria, quæ sunt ordinum capita, iuxta sanctæ Sedis Apostolicae & cuiusque ordinis constitutiōnes visi-tentur. Et quamdiu durabunt huiusmodi commen-dæ, priores claustrales, aut in Prioratibus convea-

**Monasterio
commendata
in congrega-
tiones episco-
pis subiectas
redacta eisdem
Episcopis su-
bitur.**

**Monasteria
communaria
in congrega-
tione ab epi-
scopis exim-
pias sed ita
ordinum super-
rioribus sub-
sistit, ab eiusq;
variori debar-**

tuum habentibus sub priores, qui correctiones, & spirituale regimen exercent, à Capitulis generalibus, vel ipsorum ordinum Visitatoribus instituantur. In cæteris omnibus præfatorum ordinum priuilegia, & facultates, quæ ipsorum personas loca & iura concernunt, firma sint, & illæfa.

Superioribus ordinum huiusmodi monasteria commendatae congregacioni exemplarū visitare negligentibus, Episcopi post admonitionem ac certum tēpus supplete possunt,

Quod si ordinum superiores monasteria huiusmodi commendata visitare, & excessus notorios corrigerem nelexerint, & ab Episcopis admoniti, id tamen non præfiterint, tunc locorum ordinarij ut Sedi Apostolicæ delegati possunt supplete, ut optime loquitur sacra Synodus Tridentina sell. 21.c. 8.r reform. in fin. inquiens. & si in eis monasteriis scilicet commendatis vigeret obseruantia regularis prouideant Episcopi paternis admonitionibus, vt eorum regularium superiores iuxta eorum regularia instituta, debitam viuendi rationem obseruant, & obseruari faciant, & sibi subditos in officio contineant, ac moderentur. Quod si admoniti, intra sex menses eos non visitauerint, vel cor-

rexerint, tunc ijdem Episcopi, etiam ut delegati Sedi Apostolicæ, eos visitare pos-

sint, & corrigerem, prout ipsi superiores possent, iuxta eorum instituta, quibuscumque appellationibus, priuilegiis, & exem

ptionibus penitus remo-
tis, & non obstan-
tibus.

RA-

RATIO VISITANDI MONASTERIA SANCTIMONIALIUM.

TITVLVS XIII.



VOAD sanctimonialium monasteria, cum quedam sint sub immediata Sedi Apostolicæ protectione ac régimine, alia sub obedientia & cura ordinum exemptorum, & nonnulla locorum Episcopis immediate subiecta, licet

horum non pauca etiam congregationibus ab Episcoporum subiectione non exceptis subiacent, hæc siue sint huiusmodi congregationibus incorporata, siue non, sub sunt omnia Episcopis, vt propriis Ordinariis, immo etiam ea, quæ Sedi Apostolicæ immediate sub sunt, locorum etiam Episcopis tanquam eius delegatis subiacent s alia vero, quæ sub obedientia, ac régimine ordinum exemptorum viuunt, ab eorumdem superioribus visitari, & reformari possunt, ac debent, fine vlo Episcoporum interueni, & consensu, ad quos nihil aliud quam clausura, & eorum, quæ ad clausuram pertinent, inspectio delata est, prout ex sequentibus patet.

Sed 25. ea. 5. de sancta Synodis Tridentina) sanctæ Sedi Apostolica regule & licet immediate subiecta etiam sub nomine Capitulorum, sancti Petri, vel sancti Ioannis, vel alias quomodo cumque nuncupentur, ab Episcopis tanquam dictæ Sedi delegatis gubernentur, non obstantibus quibuscumque. Quæ vero à deputatis

Monialium mo-
nasteria varie
distinguuntur

Monasteria monialium Episcopius subiecta siue sint cōgregationibus incorpo-
rata, siue non,
& que sedi A-
postolica im-
mediate sub-
funt, locorum
Episcopis gu-
bernari ac vi-
stari debent.

Monialium mo-
nasteria sub
obedientia, ac
régimine or-
dinum exem-
ptorum exis-
tentia ab eoru-
dem ordinum
superioribus
reguntur, &
visitantur,

putatis in Capitulis generalibus, vel ab aliis regulis reguntur, sub eorum cura & custodia relinquantur.

Monialium monasteriorum unius quocunque est exemplorum clausuram Episcopi visitare possunt.

Item Episcopi locorum quoad alia monialium monasteria exempta potestatem habent visitandi clausuram per Concilium Tridentinum, ubi ait: Bo. **Set. 15.** c. 17. de suscipere voluerit, maior duodecim annis sit, non monia. ante eum suscipiat, nec postea ipsa, vel alia professionem emitat, quam explorauerit Episcopus, vel ex absente, vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis alius ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat. Et si voluntas eius pia ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas iuxta monasterij illius & ordinis regulam, nec non monasterium fuerit idoneum, libere ei profiteri licet. Cuius professionis tempus, ne Episcopus ignoret, teneatur praefecta Monasterio eum ante mensem certiorem acere, quod si Praefecta certiorem Episcopum non fecerit, quamdiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit.

Nulla monialis post professionem exire à monasterio etiam ad breve tempus, quoctunque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, indultis quibuscumque & priuilegiis non obstantibus.

Ingredi autem intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscunque generis, aut conditionis, texus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis poena, ipso facto incurrena. Dare autem tantum Episcopus, vel superior licetiam debet in casibus necessariis, neque aliis ullo modo posit, etiam vigore cuiuscunque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi.

Monialium monasteria extra vicinas vel oppida constituta, malorum hoc sunt, mihi prædæ, & alii facinoribus sine villa sepe custodia sunt exposita, curent Episcopi, & alii superiores, si ita videbitur expedire, ut sanctimoniales ex eis ad noua vel antiqua monasteria, intra vrbes vel oppida frequentia reducantur, inuocato etiam auxilio

auxilio (si opus fuerit) brachij secularis. Impedientes vero, vel non obedientes per censuras ecclesiasticas parere compellant.

Set. 16. Item qualibet puella, quæ habitum regularem regu. & c. 17. de suscipere voluerit, maior duodecim annis sit, non monia. ante eum suscipiat, nec postea ipsa, vel alia professionem emitat, quam explorauerit Episcopus, vel ex absente, vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis alius ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat. Et si voluntas eius pia ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas iuxta monasterij illius & ordinis regulam, nec non monasterium fuerit idoneum, libere ei profiteri licet. Cuius professionis tempus, ne Episcopus ignoret, teneatur praefecta Monasterio eum ante mensem certiorem acere, quod si Praefecta certiorem Episcopum non fecerit, quamdiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit.

Set. 16. Nulla quoque renuntiatio aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauore, cuiuscun- de reg. & moni- cira. que causæ piz, valeat, nisi cum licentia Episcopi, si ue eius Vicarii fiat, infra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione s' aliter vero facta, etiam si cum huius fauoris expressa renuntiatio, etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus.

Ibid. in ne. Item statuit eadem sancta Synodus, ne ante professionem, excepto victu & vestitu nouitiae illius temporis, quo in probatione est, quoctunque prætextu, à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius monasterio aliquid ex bonis eiusdem tribuatur, ne has occasione discedere nequeat, quod totam vel maiorem partem substantie fœre monasteriu possideat, nec facile si discesserit, id recuperare positis

Puerilla, volun-
taré ante habi-
bus suscep-
tionis, & iteru-
ante profes-
sione Episco-
pus vel alius
ab eo deputa-
tus explorare
debet.

Renuncia-
cio aut obligatio
monialium erâ
iurata non val-
let, nisi cum li-
centia Episco-
pi aut eius Vi-
carij, infra duos
menses proxi-
mos ante
professionem
facta & le-
gitima profes-
fione.

Moniali ante
professionem
abuenti om-
nia restitu-
da.

positus quin potius præcipit eadem sancta Synodus, sub anathematis pena dantibus; & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat, & ut ante professionem ab euentibus omnia restituantur, quæ sua erant: quod ut recte fiat, Episcopus per centuras ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

C O N S T I T U T I O S A C R O S A N C T I
Concilij Tridentini de mandandis executioni
prædictis rebus omnibus visitationem,
ac reformationem virisque se-
xus religiosorum concer-
nentibus.

T I T V L V S X I V I I .

A E C omnia, & singula in superiorebus decretus contenta, obseruari sancta Synodus præcipit in omnibus coenobis, ac monasteriis, collegiis, ac dominibus quorumcunque monachorum, ac regularium, necnon quorumcunque sanctimonialium virginum, ac viduarum, etiâsi illæ sub gubernio militiarum, etiam Hierosolymitanæ, viuant, & quocunque nomine appellantur, sub quacunque regula, vel constitutionibus, & sub custodia, vel gubernatione, vel quauis subiectione, aut annexione, vel dependencia cuiuscunq; ordinis mendicantium, vel non mendicantium, vel aliorum regularium monachorum, aut canonorum quorumcunque non obstantibus eorum omnium & singulorum priuilegiis sub quibuscumque formulis verborum cœptis, ac Maremagnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon constitutio-

Concl.
Trid.
zj. cl.
dicit
gal. &
nosu

sitionibus, & regalis, etiâsi iuratis, atque etiam consuetudinibus, vel prescriptionibus etiam immemorabilibus. Si qui vero regulares, tam viri, quam mulieres sunt, qui sub arctiori regula, vel statutis viuunt excepta facultate habendi bona statulia, in communi eos ab eorum instituto, & obseruantia sancta Synodus amouere non intendit. Et quia sancta Synodus desiderat, ut omnia & singula supradicta, quam primum executioni demandentur, præcipit omnibus Episcopis in monasterijs sibi subiectis, & in omnibus aliis, ipsis in superioribus decretis specialiter commissis, atque omnibus Abbatibus, ac Generalibus, & aliis superioribus Ordinum, superdictorum, ut statim prædicta exequantur. Et si quid executioni mandatum non sit, Episcoporum negligentiam Concilia provincialia suppleant, & coerceant. Regularium vero capitula provincialia & generalia, & ja defecatum capitulo generalium Concilia, provincialia per deputationem aliquorum eiusdem ordinis prouideant. Hortatur etiam sancta Synodus omnes Reges, Principes, Rœpub, & Magistratus, & in virtute sanctæ obedientie præcipit, ut vellet prædictis Episcopis, Abbatibus, ac Generalibus, & ceteris Prefectis in superiori contentiæ reformationis executione suum auxilium, & auctoritatem interponere, quantoque fuerint requisi, ut sine ullo impedimento, premissa recte exequantur, ad laudem Dei omnipotenti, & tantum.

D E S V M P T I B V S ; Q V I A
Visitatoribus fieri debent.

T I T V L V S X V.

ITSI hæc res ex sacrotum canonis præsertim Concilii Tridentini p̄scriptione satis aperte & copiose expressa est, nihilominus tam collectis in vñ, quæ in predictis tam Concilii Tridentini, quam aliis canonibus traductarunt,

ad maiorem explicationem, & Visitatorum intelligentiam, quædam pauca addemus, quæ diuersarū Visitacionum experientia edocti visu fore existimamus. Vbi in primis aduertendum est, sermonem hic esse de Visitatoribus ordinariis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis inferioribus, nec non Generalibus, & aliis superioribus Ordinum, qui singulis annis dicentes suas, aut loca sibi commissa ordinarie visitare debent; quia eorum plerique nitio equitatu, vel famulatu, aut victu sumptuo, vel immoderata exactione aggrauant loca & personas, dum visitant. Vnde cum ante Concilium primum Lateranense sub Innocentio III. habuitur, quidam Archiepiscopi, Episcopi, & alii inferiores, cum Ecclesiis visitabant, grauarent eas in procurationibus exigendis, ut quandoque ornamenta ecclesiastica subditi vendere, vel obligare compellerentur, & breuis hora longi temporis viatum cōsumeret, Concilium ipsum Lateranen. constituit, ut dicti prælati secundum facultates ecclesiistarum recipenter procurationes, proposito cuiusbet certo numero tam personarum, quam equorū, his verbis, Statuimus, quod Archiepiscopi parochias

Ex concil. primo Lateran. certus visitatoribus statuerit euisionis modus, quem augeri non licet, nisi au tem sic, iuxta ecclesiast. facultates.

chiæ visitantes pro diuersitate prouinciarum, & facultatibus ecclesiistarum, quadraginta, vel quinquaginta euisionum (hoc est equitum) numerum Episcoporum autem viginti, vel tringinta, Cardinales virgines, quinque nunquam excedant, Archidiaconi vero quinque, vel septem, Decani constituti sub Episcopis, duobus equis contenti existant. Nec cum canibus venatoriis, & auribus profiscantur sed ita procedant, ut non qua sua sunt, sed que Iesu Christi quærere videantur. Nec sumptuosas epulas querant, sed cum gratiarum actione recipiant, quod honestè ac competenter illis fuerit ministratum.

Circa quæ aduertendum est, eam etiam esse adhibendam moderationem, ut locorum ratio pro cuiusque facultatibus debita habeatur, & vbi maiores fiebant sumptus, diminuti, vbi uero minores, non austri intelligentur; id quod idem Concilium Lateranen. eodem loco circa finē testatur, inquietus. Sanè quod de prædicto numero euisionis secundum tolerantiam dictum est, in illis locis poterit obseruari, in quibus ampliores sunt redditus & ecclesiasticæ facultates. Ita pauperibus autem locis, tantum volumus teneri mensuram, vt ex accessu maiorum minores merito non doleant se grauari. Nec sub tali indulgentia illi, qui paucioribus equis vei solebant, hac tenus plurius sibi credant potestate in indultam.

De cœ. & Innocentius Quartus, etiam prædicti Innocentii Tertiī vestigiis inherens decreuit, ut quilibet Ordinarius, siue fuerit Archiepiscopus visitans ob causam rationabilem in Concilium prouinciali probatam totam prouinciam, siue propriam diocesim, seu Episcopum, siue alias quicunque Prælatum ordinario iure sibi subiectos visitans, procurationes quidam recipiat, secundum quod est in causa.

Ex constitut. Innoc. iiiij. Visitator procurations non in pecunia, sed in virtutibus accipere, & nullum munus ipse, aut suorum quæ recipere.

re debet, sal-
ta in quoad
hoc regula-
tum confue-
tudine appro-
bata.

nōnibus constitutum; nullam tamen pecuniā ipse, vel aliquis de sua familia, occasione alicuius officij, aut consuetudinis, seu quolibet alio modo ex-
rum nomine, sed in virtualibus expensas tantum recipiat moderatas. Caeat insuper, ne ipse, vel quisquam suorum aliquod munus quocunq; sit, & qualitercumque osculetur, prælumat recipere; vt non quæ sua sunt, videatur querere, sed quæ Iesu Christi. Quod si fuerit contra p̄sumptum, recipiens, malædictionem incurrat, à qua nunquam (ni si duplum restituit) liberetur; volumus enim in his fraudem: quamlibet penitus evitari. Quod vt ab omnibus plenè obleraretur, terio præcipit: Saluus tamen super hoc raignabilibus, & approbat religiosorum consuetudinibus, & regularibus in-
stitutis.

Ex cōstituto Greg. x. Vili-
tator, qui of-
ficio non im-
penso procura-
tionē in vi-
tualibus, vel
loco procura-
zioni ex vili-
tatione debi-
te pecuniā
recipit, aut
enun̄tiū acci-
pit, sub certis
ponis duplū
restituere re-
mitat.

Postea cum progresu temporis hac Innocentii Quarti constitutio male obleruaretur circa pro-
curationes: nōn in pecunia, sed in virtualibus reci-
piendas, circa munera non accienda, & circa pr̄-
curationes in virtualibus à locis non visitatis non
exigendas, eā Gregorius Decimus in generali cō-
cilio: Lugdunene, confirmauit, p̄nōis adiectis his op̄-
verbis: Exigit peruersorum audacia, vt non sumus
sola delictorum prohibitione contenti, sed etiam
poenam delinquentibus imponamus. Constitutio-
nem itaque fœticis recordationis Innocentii Pa-
pæ Quarti prædecessoris nostri editam super non
recipiendis in pecunia procuracyibus, ac super
receptione numerum visitantibus, eorumque fa-
miliaribus interdicta, quam multorum textus teme-
ritas præferit, volentes inviolabiliter obseruari,
eam dederimus poenæ adiectione iuuandam; Sta-
tuentes, vt vnuē: si & sioguli, qui ob procuratio-
nem sibi ratione Visitationis debitam exigere pecu-

niam, vel etiam à volente recipere, vel alijs contra
constitutionem ipsam recipiendo munera, siue visi-
tationis officio non impenso procuracyem in
virtualibus, aut aliquid aliud procuracyis occa-
sione violare præsumperint: duplum eius quod re-
cepérunt, ecclesiae, à qua id receptum fuerit, infra
mensem reddere teneantur. Alioquin ex tunc Pa-
triarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, duplum ipsum
ultra prædictum tempus restituere differentes, in-
gressum sibi ecclesie sentiant interdictum. Inferia
res vero ab officio & beneficio nouerint se suspen-
sus, quoque de duplo huiusmodi grauatis ecclē-
sias plenariam satisfactionem impendant, nulla eis
in hoc dantium remissionem, liberalitate, seu gratia
valitura. Et glossa ibidem in verbo (visitationis.)

In aliis ergo procuracyibus, quæ debentur Lega-
tis, vel Nunciis Apostolicæ Sedis, vel quæ deben-
tur ratione consuetudinis, vel ratione pacti in fun-
datione, vel consecratione oppositi, non habent
locum ea decreta, de quibus habes supra eod. cap.
quanto, & cap. procuracyes. & cap. cum nuper. &
18. quæst. 2. cap. Eleutherius. Et in verbo (Munera)
consulitè facit visitans, si ab omni munere se absti-
net. 1. quæst. 1. cap. sunt nonnulli. & supra eod. titu.
cap. prox. §. penul. Credit tamen Gar. quod si mo-
dicum esculentum, vel poculentum recipiat, quod
non sit verisimile, quod aliquem moueat, vel do-
uantem pauperiorem faciat, non habet locum poe-
na. arg. de simo. & si quæstiones. ff. de offic. præsi. l.
plebiscito, quia talia non trahuntur ad munera. ff.
de off. procul. l. solent. ad finem. ad hoc supra de do-
na. inter vir. & vxo. c. vlt. supra eod. de rescr. statutū.
§. insuper. Et in verbo (Non impenso.). Ille cui
ex ordinaria potestate cōpetit, visitare, impeditus,
per alium visitare potest, & ille visitans procurab-

tur, non ille qui commisit, quod dic, ut supra de officio ord. cap. si Episcopus, eod. lib. Et in verbo (Inferiores.) Et sic magis punitur minor, quam maior. de quo dic, ut 40. dist. cap. homo Christianus, & supra de iure iur. c. cum quidam. Et in verbo (Suspensos.) Si interim celebrent ut prius, sunt irregulares, nec poterunt ab alio quam a Papa absoluvi, supra de re iud. c. cum eterni. & de sent. excommunic. cap. cum medicinalis. Et in verbo (Quousque.) Ergo facta restitutione statim sunt absoluti, sine alia sententia absolutionis. 81. dist. cap. Si qui cum suis concord. de spon. non est. in antiqu.

Ex confit. Bonifacii VIII. p[ro]t. viiiij. p[otest] Visitator a voluntibus accipere pecuniam pro moderatione procuratione in virtualibus.

Quoniam vero Bonifacius Octauus, qui post multos annos praedicto Gregorio Decimo in Pontificatu successit, sentiens dictam Gregorij constitutionem verti in graue detrimentum Prelatorum, & procurationem soluentium statuit, ut si quis velet conuenire cum Prelato, ut pro procuratione recipere aliquam certam pecuniam posset, his verbis: Belicis recordationis Gregorius Papa X. praedecessor noster prohibuit in Concilio Lugdunen. ne ali qui ob procurationem sibi ratione visitationis debant exigere pecuniam præsumerent, vel etiam recipere a volente. Verum quoniam rerum experientia nos instruxit, ex hoc tamen personis visitantibus, quam locis, & ecclesiis visitatis multa incommode-
Dicitur
propter
ca. rum dispendia prouenire: concedimus, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alij, quibus ex officio competit visitare, a voluntibus ecclesiarum, & locorum visitatorum rectoribus, seu personis, pecuniam licet recipere valeant pro sumptibus moderatis faciens in virtualibus, diebus, quibus visitationis officium personaliter exercebunt: Adiuentes, quod non licet visitantini vnam procurationem recipere vna die, sive vnum locum solum visauerit,

tauerit, sive plura, etiam si locus quilibet visitatus ab illo sufficeret ad procurationem integrum per foluendam; cum eidem sufficere debeat, ut tempora metet a locis personaliter visitatis, pro diebus, quibus eis spiritualia subministrat. Cætera vero in eiusdem predecessoris constitutio. contenta, in suo volumus robore perdurare. Et glossa ibidem: Hodie Prelati habent dispensationem a Papa visitandi plura loca vna dic, & a quolibet recipere integrum procurationem, & ista prohibitio cum sit a iure positivo, potius tolli per contrariam dispensationem, licet non deberet fieri sine iusta causa.

Ceterum ne promissis nostris desuffisi videamur, quid ex lôga experientia & crebro vnu sentiamus, demonstrare aggrediemur, omnia ad quatuor capita reducentes, ad equos, famulos, tractationem, & bonorum temporalium exactiōnem. In primis duo sunt consideranda, alterum circa personam Visitatoris, & alterum circa locorum & personarum Visitandarum commoditatē. De Visitatore quidem num sit ordinarius, an uero substitutus: si Ordinarius, an Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, uel inferior; si Episcopus, uel superior, an etiam Princeps iurisdictionis secularis, necne: si simplex Episcopus, uel superior, num tenues, uel opulentos habet redditus ex ecclesiis suę prouentibus, aut paterna hereditate. De locis uero & personis visitandas, an magni uel parui comitatus expensas ferre possint, & tunc Visitator Episcopus, uel superior uolens a locis & personis visitandas procurationē exigere, sese ad eorum facultates & uires accommodare debet, maiori uel minori secum adducto contractu. Debet autem (si Episcopus fuerit) secum habere ad minus duos canonicos bonę existimationis, Notarium secretum & iuratū, qui si fieri

Iuxta glossas
Pape ptzlati
plura loca v-
no die possit
visitare, & a
quolibet recipere integrum
procurationem
ex iuxta tam
en causā.

Consideratio.
Authoris circa
sumptus à
visitatoribus
faciendos.

Circa sumptus
visitacionis
duo maxime
consideratur:
persona visitato-
ris, & locus visitadū.

Si Visitator
Episcopus
quali in comit
atum habere
debeat.

potest, clericus sit, necnon si visitandorum, vel visitantis res feret, confessarium & concionatorem, cui duobus aliis clericis honestis ac matris, & alio Notario, ac debito & decenti famulorum comitatu, ut postea vberius docebimus, quorum in visitationis & reformationis negotio, non solum opera & ministerio, sed etiam testimonio vi possit, careres postulabit, ad quod facit cap. cum dilecti, de accusat. & Pan. ibidem. Quod si loca visitanda prae inopia tot personis procuratione suppeditare non potuerint, supplet ipsomet Visitator de suo, aut pauciores secum retineat, remq; mature expiat, ne huiusmodi locis aggrauatis, & in maiores paupertatis angustias redactis pro benedictione inaeditiōnem referat.

Si Eps. habet opulentia Ecclesiam, vel iurisdictionem temporalē adiunctam, aut est ex illustri familia, potissimum maiores comitatum dummodo propriis sumptibus id fiat. At, inquiet Episcopus, aut superior, vel quod ad dignitatem Episcopalem, seu Archiepiscopalem adiuncta sit temporalis iurisdictionis auctoritas, vel quod ex nobili & ampla familia sit natus, vel quod magnam & opulentiam habeat Ecclesiam, indecens sibi esse, & cum dedecore secularis potestatis annexa, vel familiæ, aut Ecclesiæ coniunctum, ut cum ita exiguo comitatu incedat. Hoc non reculamus, quin longè plures secum adducat equos & famulos, id propriis sumptibus dummodo agat, in quam etiam sententiam Pan. in cap. cmt ad quorundam de excesso prælator. ire videtur, vbi ait, nihil prohiberi, quin Visitatores ejectionum, ac famulorum numerum excedere possint, dummodo procuratio pro illis non exigatur. Nec mirum hoc videri alicui debet, nam si pro maiestate annexi principatus, vel Ecclesiæ opulentia splendore, & propriæ personæ securitate ampliore equorum, & famulorum comitatum secum habere velitis, quâ locorum visitandorum commoditas ferat, ex prouen-

prouentibus ipsis adiuncti principatus, vel opulentia ecclesiæ satisfiat huiusmodi sumptibus. Ad hoc enim videntur huiusmodi Ecclesijs tot ac tanta bona concessa & donata, vt eorum ope & administratio Episcopi & superiores non solum Ecclesiæ decori, & suo seruant, sed alijs etiam Ecclesijs, & personis per diecem in necessitate constitutis subveniant. Quod si Ecclesia non sit prædiles, & illustris familia, ex qua natus est, virgeat dum eius splendorem multo equitatu & famulatu tueri conatur, faciat id non expensis visitandorum, sed familiæ sue, cuius honorem querit. Quod si a familia sua nihil obtinere ad id possit, deposita ambitione & inanibus vanæ gloriae titulis reiectis, Domini sequatur vocationem, quæ non terrenis, sed cœlestibus clauditur meritis, atque ita commisso sibi gregi, præstiti, & neminem aggrauet.

Si visitator sit inferior Episcopo videndum an sit Episcopi, vel superioris substitutus, an vero alius proprium habens in aliqua loca, vel personas iurisdictionem, & consequenter visitandi potestate. Si sit Episcopi, vel superioris substitutus, & Commissarius ad eius arbitrium cuius vices gerit, sumat secum comitatum; prouideat autem Episcopus, vel superior, ne per substitutum personæ, & loca visitanda aggrauentur. Si vero sit inferior quidem Episcopo, sed propriam tamen habens iurisdictionem in aliqua loca & personas, id bifariam contingere potest: vel enim ea iurisdictionis est Episcopalis, aut simplex. Si Episcopalis quæ in clericos non priuilegiatos, & laicos extendit methodus Episcopalis, præscripta circa procurationum rationem obseruetur. Si vero simplex erit, qualis est Prælatorum ordinum veluti Generalium, Provincialium, Præsidentium, aut quoconque alio nomine

Episcopis ex magna familiæ existēs, & diuitiæ non habens Ecclesiam, si multo comitatu familiæ sue haberi ratione voler, non ag graue visitadis, sed proprijs familie impensis id faciat.

Epi. substitutus eum habet comitatu, quæ Episcopis cōcederit sine grauamine vi visitandorum.

Inferior Episcopo duplex iurisdictione Episcopalis, aut simplex. Visitator Episcopalem habens iurisdictionem quæ de Episcopis dividitur, oportet.

Habentes similipliæ iurisdictionem, vnde dinum Prælatori, & quicquid sa ad propriis in statutum conformet.

mine vocentur, tunc vnuſquisque ſeſe ad ordinis ſui iſtitutum, & conſuetudinem accommodet, ita ut regularis parsimonie, ac modeſtiae limites non excedantur, & monaſteria indebitè non onerentur.

*Quer famu-
los debet ha-
bere Visitato-
res.*

Quoꝝ veroꝝ famulos Visitatores habere debeat, non eadem omnium est opinio: quidam enim volunt famulorum numerum parem Dominorum numero effe oportere: alij ribus equitibus, & quidam duobus vnum tribuunt famulum ſed Hostiſtentia magis placet, qui loci, & regionis conſuetudinem, necnon personarum ſtatum, & qualitatem conſiderari debere existimat, à qua non longe diſcrepat Pan. in cap. cum ad quorundam, de excess. Præl. huius rei arbitrium bono viro relinquent, qui meo iudicio Visitator ipſe effe debet, pro rerū, & personarum neceſſitate, atque exigentia omnia dirigendo.

*Quales effe
debeat viſi-
tantium pro-
curementes.*

Procurementes pro viſitantium ſuſtentatione ſint moderatae, ne loca aggrauentur, & populo offendiculum praebetur. Si in viſitualibus eas recipiunt, conueniens frugalitas adhibeatur: ſi in ære ac pœnia dantur, ne capiantur maiores, quam boni viri arbitrium iudicauerit, vel temporis, quo durabit viſitatio, exegerit neceſſitas. Ne autem vnuſ magis, quam aliud aggrauetur, vbi plures erunt ecclieſia & Clerici in eodem, ſive in diuersis locis propinquis, omnes pro rata cuiusque parte contribuant, quantum pro Viſitatorum ſuſtentatione, quo tempore durabit viſitatio, ſatis effe putabitur. In remotis vero, vbi habitacionum incommoditas, & ecclieſiarum, ac Clericorum paupertas obſit, quo minus integro die Viſitatores hospitio recipi & mentia poſſint, dabunt operam Viſitatores, vt plures huiusmodi ecclieſia eadem die viſitentur,

tur, hospitium accipientes, vbi magis commodum erit, cui viſitati communicata rationabili contribuſione de ſumptibus ſatisfaciant, vel in vno loco prandeant, & in alio pernoctent. Monaſteria etiam durante viſitatione viſitum. Viſitatoribus ſuppedient frugalem ac moderatum, maximè autem ſi Viſitatores regulares ſunt.

Præter neceſſarias viſitus procurations nullus Viſitator etiam episcopus, aut superior ſub poenit per ſacros Canones editis audeat exactionem aliquam facere, ſeu munera, vel aliquid aliud ratione viſitationis accipere, praſertim à clericis ſecula ribus etiam vltro dare volentibus. Per hac tamen non tollitur quin à Monaſteriis, in quibus ſemper fuit conſuetudo aliquid dādi Viſitatoribus pro viſitico itineris, ſolitam taxæ portionem recipere poſſint, & maximè cum erunt opulentia, id quod etiam obſeruant non ſolum mendicantium, ſed aliorum etiam ordinum Viſitatores regulares. Si veroꝝ ſunt attenuata, videant Viſitatores; ne illa aggrauentur, & taxam ſibi ex conſuetudine debitam libenter remittant. Vbi autem non fuit conſuetudo aliquid accipiendo à Monaſteriis, ſicuti neque ab Eccleſiis parochialibus, ſeu beneficiatis, vel alii locis, aut personis Eccleſiaſticis, ea etiam in posterum integræ obſerueretur. Id veroꝝ Episcopis, & ſuperioribus principatus ecclieſis suis annexos habentibus imprimis videtur congruere, quales ſunt ferme omnes Germania Epifcopi, qui cum alias multis abundant diuitiis, & prouertibus, huiusmodi Monaſteriorum ſubſidio non egent: quamobrem illa de ſuo potius conſerendo ſubleuare, quam aliquid auferendo aggrauare deberent.

Quoniam veroꝝ ad praesens negotium optimè facit ſacra Synodi Tridentina decreterum ſeff. 24. ca. 3: reform.

Præter proceſſiones ne-
me adiutorum
faciat, vbi mu-
nera, aut ali-
quid pro viſi-
tatione acci-
piat.

Regulares viſi-
tatores qd
circa procura-
tions facere
poſſine.

Ex Concilio
Trid. viſitato-
res, aut quid
quam luorum
nil procura-
tions cauſa p
viſitatione, nec
pecunia, nec
munus acci-
piat, exceptis
viſitualib. aut
pro eius à vo-
lentibus cer-
ta pecunia ra-
xata, antiquo
rum tamē co-
uencionu iure
cum Monafe-
riis, piti locis
aut ecclieſia
nō paro-ſia-
libus ſaluo.

Vbi autē con-
ſuetudo eſt ut
nihil accipia-
tur omnia gra-
tis ſiant.

reform. vbi etiam constitutionis in Concil. Lugdunensi edita sit expressa mentio , illud hoc loco adducemus ; eius autem verba sunt, Visitationum auctem omnium istarum præcipius sit scopus , sanam orthodoxamque doctrinam expulsis hæresibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigeret, populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, cetera, prout locus, tempus, & occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Quæ vt facilius, feliciusque succedant, monentur prædicti omnes, & singuli, ad quos visitatio spectat, vt paternæ charitate, Christianoque zelo omnes amplectantur; ideoque modesto contenti equitatu, famulatuque studeant quam celerrimè debita tamen cum diligentia visitationem ipsam absoluere. Interimque caueat ne in utilibus sumptibus cuiquam graues, onerosivè sint, nevè ipsi, aut quisquam suorum quidquam procurrationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios vius, præter id quod ex relictis piis iure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcunq; sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant, non obstante quacunque consuetudine etiam immemorabili, exceptis tamen virtualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter moderatè, que pro temporis tantum necessitate, & non vlt̄: erunt ministrâda. Sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere, id quod erat ab ipsis ante solui certa pecunia taxata, consuetum; an verò prædicta virtualia subministrazione, soluo item iure conuentuum antiquorum cum Monasteriis, aliisque piis locis, aut ecclesiis non parochialibus initio, quod illas sum permaneat. In iis vero locis, seu Provincialiis, vbi consuetudo est, vt nec virtualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à visitatoribus

toribus accipiatur, sed omnia gratis fiantjibi id obseruetur. Quod si quisquam (quod abicit) aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere praesumperit; is præter dupli restitutionem intra mensem faciendam, aliis etiam poenis iuxta constitutionem Concilij generalis Lugdunensis, quæ incipit; Exigit; necnon & aliis penis in Synodo Provinciali arbitrio Synodi, absque villa spe venie mulctetur.

Iam locus postulat vt sigillatim videamus, quæ ratione & ordine singula loca visitanda sint, & omnia ad ea spectantia; necnon eorum personæ, vi-

deliciet Prelati, Canonici, Parochi, Sacerdotes, Clerici, & Laici, si tamè prius de ritibus ac ceremoniis quibus Metropolitanus vel

Episcopus ad visitandum accedit, suscipienda est, ali quid dixerimus.

FINIS PRIMI LIBRI.

D E
VISITATIONE
LIBER SECUNDVS.



PROOEMIVM.



V M in primo libro explicauerimus rationes visitandi, quæcunque sub visitationem caduntur; in hoc secundo præscribemus diuer-
sas visitandi formulas, ac methodos; in primis, quo ritu ac modo
Episcopus, aut Metropolitanus,
vel Legatus, aut Nuncius Apostolicus ad Civitatem,
vel oppidum aliquod insigne visitandi causa ve-
niens excipiendo fit; deinde quomodo debeat visi-
tari, quæcunque Ecclesia; quomodo qualia cuncte
beneficia ac eorum prouentus; quomodo Episco-
pi, & eorum familiares à Visitatore Apostolico;
quomodo Canonici etiam dignitates, Capellani,
beneficiati, & alij clericij quicunque Ecclesiarum
Metropolitanarum, cathedralis, & collegiatarum;
quomodo parochi, beneficiati, & quicunque alij cleri
ei circa natalia, ordines, vitam, mores, & pro-
prias obligationes: quomodo quicunque ecclesiasti-
ci præsertim animarum curam gerentes circa
cultum

LIBER SECUNDVS.

cultum diuinum, sacras cæremoniales, missæ cele-
brationem ac predicationem, necnon circa Sacra-
mentorum administrationem, & alia ecclesiæ dog-
mata; quomodo laici de vita & moribus; quomo-
do scholæ cuiusque loci; quomodo laicorum so-
cietas seu confraternitates; quomodo hospita-
lia, & alia pia loca; denique quomodo vtriusque
lexus Monasteria, & regulares. Quæ sanè omnia
sigillatim, & distincto ordine in sequentibus ex-
queremur.

CÆREMONIAE SERVANDÆ IN
susceptione Metropolitanus, aut Episcopi, nec-
non Legati, seu Nuncius Apostolici, Ciui-
tatem, aut oppidum aliquod in-
signe visitandi gratia in-
gredientis.

TITVLVS PRIMVS.

V M Metropolitanus, vel Epis-
copus ordinarius, aut Legatus,
seu Nuncius Apostolicus ad ciui-
tatem, seu oppidum insigne suæ
diocesis peruenierit, recipitur pro-
cessionaliter eo ordine, quo conti-
netur in libro Pontificali. Clerus
enim cum cruce ei obuiam procedit extra portæ,
quo cum peruenierit, Archiepiscopus, sive Episco-
pus descendit ex equo, eiisque Prelatus eius loci, seu
maiorum ibidem habens dignitatem pluviali indu-
tus offert crucem osculandam, quam Episcopus hu-
mi supra tapete stratum genua flecte deuotè oscu-
latur. Quo facto cantatur à clero processionaliter
ad

Ordo recipie-
di Metropoli-
tanū, aut Epis-
copū, vel Nū-
ciius Apo-
stolicū, & in
Ecclesiam in-
troducendi.

ad Ecclesiam redeunre, ipsumque Antistitem comitante, cantoribus incipientibus, Antiphonam (fasci-
dos & Pontifex) cum responsi. & versic. ac collectis
conuenientibns:

Cum vero prædictus Anistes ad portam ecclesie perueniens offerri ei debet aspergitorium cum aqua benedicta, qua ipsum primo aspergit, deinde aliis. Posthac eidem offeritur etiam manicula incensaria sex, qua cochlear incensi accipit, & benedicitumque in thuribulum, quod aliquis ex primarijs accipiens ipsum stantem nudato capite incensare debet. Episcopus deinde ad altare maius procedit, & ibi super faldistorio ante infimum gradum altaris parato procubbit, & orat; interimque Prælatus loci, seu maiorum habens dignitatem stans ad latus altaris, in quo Epistola decantari solet versus adorantem detecto capite, profert, versus, ad quos chorus respondet ut in Pontificali. Quibus peractis dignior ecclesia persona sequentem cantare debet collectam; si, Prælatus fuerit Card. Legatus.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabili magna solus, protende super hunc famulum tuum, & cunctas congregations illi commissias spiritum gratia salutaris, & ut in veritate tibi complaceat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Si vero, Prælatus suscipiendus fuerit nouus ad suam ecclesiam primum veniens, loco orationis prædictæ, dicitur sequens.

Oremus.

Deus omnium fidelium pastor ac rector famulum tuum N. quem ecclesia tua præfesse volui-

sti.

sti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo quibus præst proficer. vt ad vitam unam cum grege sibi credito, perueniat sempiterna. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Si autem Prælatus recipiendus fuerit Episcopus veniens visitatum loco orationum prædictarum dicatur sequens.

Oremus.

Deus humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolatis; protendæ societati nostræ gratiam tuam; vt per eos, in quibus habitat stuum in nobis sentiamus aduentum. Per Christum Domini nosterum. Resp. Amen.

His decantatis, chorus cantat Antiph. de Sancto patrone eiusdem ecclesie, cum versiculo; Ora pro nobis sancte, vel sancta N. ad quem respondebit; Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Tum pontifex surgens ascendit ad altare maius, illudque in medio osculatur, deinde accedit ad cornu Epistole, ubi collectam de dicto Sancte patrone recitat, & postea in medio altaris stans solemnam dat populo benedictionem.

Deinde Pontifex conuersus ad populum, sedetque in aliqua sede, seu faldistorio proponit populo causas sui aduentus, prout est in Pontificali, vel ut magis placuerit, aut necessitas ipsa postulauerit. Finito sermone, fit populo confessio, & absolutio generalis per Pontificem, necnon & indulgentia datur præsentibus publicanda per aliquem ex suis, vel beneficiatis illius ecclesiæ, prout in Missa Pontificali post Euangelium ponitur. Posthac Episcopus si hora fuerit vespertina, & tarda, reliquis ceremonijs in sequentem diem dilatis, se ad hospitium conferre poterit; si hora vero fuerit congrua poterit processionem cum solitis orationibus, &

ceremonijs , iuxta Pontificale pro absolutione animarum facere hoc modo.

Dicitam habiturus pro defunctis processionem , cappa deposita, induere se debet amictu, stola, pluviali violacei vel nigri coloris, & mitra simplici, & stans cum mitra iuxta altare , conuersus ad populu incipit Antiphonam (Si iniquitates) deinde cum ministris seu capellaniis suis dicit Psalmum (Deprofundis clamaui) cum reliquis responsorijs, versiculis, & collectis , prout omnia ordinata & notata sunt in Pontificali.

Quibus finitis, si hora fuerit matutina, Antistes poterit se preparare ad missam celebradām, vel audiendām. Quia peracta Antistes si celebrauerit casulam deponet, & pluviale albi coloris, si adfuerit, sin alterius accipiet, & confirmationis sacramentū præparatis conferet, si tempus congruum visum fuerit: sin minus collatio illius sacramenti in aliud diem magis commodum differatur. Sacramentum

Quando confirmatio con-
firmandā.

vero confirmationis conferri debet iuxta formam, quæ habetur in principio Pontificalis præmisso sermone de institutione , efficacia , & utilitate huius sanctissimi Sacramenti , necnon & qui ad hoc sacramentorum admittendi sint , & quales esse debeat patrini futuri, & quibus oneribus obligentur, iuxta ea , quæ in eodem Pontificali præscribuntur. Quo etiam tempore , vel alio iuxta ipsius communitatem poterunt calices , corporalia , vasa sacra, ornamenta altarium , seu alia indumenta , si quæ erunt benedicenda, benedici.

His peractis Antistes , sacrī indumentis depositis, poterit si temporis commoditas fuerit, illam ecclesiā visitare , sin minus in aliā horam magis commodam differens & interim alia occurrēta excedere, prout sibi commodus iudicauerit esse.

FOR-

Quando facia
vīla & vestes
benedicenda.

FORMA ET MODVS VISITANDI
qualemcumque Ecclesiam .

TITVLVS SECUNDVS.



PISCOPVS vel superior visita turus ecclesiam, siue Metropolitana fuerit, siue cathedralis , aut collegiata , vel parochialis , aut alia quæcumque in primis, si in ea solet afferuari sacrosancta Eucha ristia est visitanda, videndumque quām honorificè sit recondita, & an locus decens, mundus, non hu midus, turus, & firma sera bene clausus sit. Et ubi non est tabernaculum ligneum deauratum , fieri mandetur , iuxta ecclesiæ facultates, in altari , aut alio loco honesto, & decenti col locandum.

An & quoties consecratæ particulae in mense renouentur , bisnè vel semel tantum, ne ex negligētia aliqua corruptio generetur , aut vermium cor rosio . Item an particulae sint integræ , incorruptæ, recentes, & plures pro necessitate, & an corporale habeant suppositum.

An lampas saltē una coram semper ardeat.

Item quomodo reverentia , decentia, ac deuotione ad infirmos deferatur , & an vicini eam comitentur . Sique fieri poterit , societas , id est, confraternitas sanctissimi corporis Christi introducatur.

An sit vas condecorans , in quo ad infirmos deferetur.

An cum campanula & lanternis, seu alijs lumenibus sub umbella deferatur.

E 2

An

Sacrosanctæ
Eucharistie
visitatio.

An semper plures particulae consecratae portentur ad infirmos, ita ut saltem una in redditu ad ecclesiam remaneat in vasculo. Similiter etiam an in ecclesia semper consecratae aliqua sint particulae pro veneratione & adoratione fidelium.

Sacrorum oleo
rum visitatio

Qualia sint vas christinatis, olei infirmorum, & catechumenorum, an argentea, vel saltem cuprea, aut stannea, necnon an sint congruo & honesto loco recondita, extra tamen sanctissimi Eucharistie Sacramenti tabernaculum, in quo nihil praeter illud reponi debet.

An in loco tuto & clauso, ac caute, ne fundantur in vasculis ita distincte signatis conseruentur, ut alterum ab altero dignoscatur.

Item an vas olei infirmorum ab aliis sic separauit, & quomodo ad infirmos deferatur.

An ipsa sacra olea fuerint renouata tempore debito, hoc est, Paschali, & vetusta combusita, ac per quem.

An ex ipsis sacris oleis alieui quicquam non sacramentaliter detur.

Deinde visitetur fons baptismalis, qui lapideus esse debet, & videatur, an aqua fuerit tabbato sancto Paschatis, vel Pentecostes benedicta, & an mundite de qua serueretur.

An fons sit bene clausus, & munitus, ne aqua effluat, honestumque habeat operculum ornatum, seu depictum, & sit in loco honesto & decenti.

An cum debitis administretur coerenzijs, & an baptizando nomina admittantur incognita, & que non sint in martyrologio.

An aqua baptismatis, postquam sacram crisma tempore sua consecrationis fuerit admixtum aliqui pro medicina, vel alia de causa detur; quod haud fieri debet.

Fontis baptis-
malis viatura-

An liber habeatur, in quo utriusque sexus baptizati, necnon & confirmati cum eorum patrinis, & viuis vel una, vel in baptismate dumtaxat vius & una, & non plures, iuxta decretum sacri Concilii Tridentini inscriptio, esse debent, annotentur, & inscribantur; & videntur, an annus, mensis, dies, & hora, vniuersisque baptizati in eo contineantur.

Simili modo inspiciatur etiam liber matrimonio, an in eo omnes, qui a superiori visitatione vel moniorum in que ad illud tempus matrimonium contraxerunt, spacio, sint cum testibus, qui interfuerunt, annorati.

Vterius procedat ad sanctas reliquias, & videat an in vasis argenteis, vel aliis honoratis conseruentur.

An in loco tuto, & decenti retineantur, ne aufer sandarum re liquarum visitatio.

An ex vas suis extrahi possint & videri, & an quaeque nomen suum scriptum habeant, ita ut possint ab iniucem decerni & cognosci.

An veræ sint reliquiae, vel incertæ, aut suspectæ, & quibus cum testimonio.

An de illis semel in anno fiat commemoratio, & populo expresse in vas suis ostendantur.

An quando ostenduntur semper fiat summa cum decentia per aliquem sacerdotem, seu alium clericum super pellicio indutum, exhibitis quoque luminaribus.

An bene aduertatur, ne sub specie reliquiarum, alia ossa mortuorum ostendantur.

An de illis detur sub pretextu medicinae, vel alterius causæ præsertim maleficij.

An in ecclesia pro necessitate adfint altaria, & Altarium vñ an sint in debito loco, & ab Episcopis debite consecrata, & si consecrata non fuerint, an saltem altaria habeantur portatilia debite consecrata, que

longitudinis vnius palmi cum dimidio, & latitudinis vnius palmi esse debent, ut calix & hostia consagrata desuper contineri decenter posse.

An altaria portatilia, si quæ sunt, habeant substantiam tabulam ligneam cum ornamento circumquamque pariter ligneo.

An lapis quilibet consecratus sit commotus, integrus, vel fractus.

An altaria sint integra, vel pro maiori parce collapsa, & si aliqua fuerint ex parte collapsa, reparari debent.

An mundæ illa custodiantur, & an quodlibet eorum aliquas desuper habeat imagines, præserunt crucem.

An omnia suas habeant fundationes, & dotationes.

An in unoquoque frequenter, vel quotiens celebretu.

An quodlibet eorum mundas, & sufficietes habeat mappas, quæ tres esse debent, necnon copertoria, & decentia pallia, atque alia ornamenta necessaria.

An altarium mappæ sint benedictæ, & quoties laeuitur.

An altaria sua habeant scabella decentia, & integra.

An quodlibet suum habeat candelabrum ligneum pro facula accendenda tempore elevationis corporis & sanguinis Christi, & an in promptu sint faciae seu candelæ pro huiusmodi elevatione sacramentali.

An singula altaria habeant candelabra decentia, & pro altare maiori quot sint, & quælia, & quales pro eo habeantur candelæ.

Inspiciatur etiam, an in medio ecclesie crux ma-

magna sit Saluatore.

An in ecclesia hincinde sint ad excitandam pietatem imagines Christi, B. Virginis Mariæ, Sanctorum, & præcipue patronorum.

Denude visitandum est sacrarium, an sit lucidum, non humidum, commodum, ornatum, bene clausum, & custoditum.

An in eo fons, seu vas aquæ pro ablutione manuunt ante & post celebrationem, cum manustergijs habeatur.

An in eo, aut in ecclesia habeatur piscina ad ablutiones rerum sacrarum projiciendas.

An in eo habeantur vasa alia necessaria ad usum ecclesiæ facientia.

An in eo commoditas habeatur pro confessione facienda à sacerdotibus celebraturis.

Videantur postea calices & patenæ, quot sint, & quales sint, an sint argenteæ, vel ex qua materia; item an pro vel maculam vel rimam habeant ali quam.

Item an calices cum suis patenis ab Episcopo sint consecrati, & an tutè & mundè conferuntur.

An singuli calices cum suis patenis suos habeant fassis lineos, seu panniculos, quibus inuoluantur.

An purificatoria, quibus sacerdotes celebrantes post communionem calices absurgunt, habeantur cum cruce in medio, qua ab alijs manustergijs distinguantur, & an munda sint.

An vela pro calicibus habeantur.

An etiam vela habeantur pro sustinenda patena in missæ sacrificio pro subdiacono.

An alia quoque habeantur vela munda pro communicatione populi.

An in mediis ecclesiæ crux magna habetur.

An imagines Sanctorum habentur hinc inde per ecclesiæ.

Sacrarij visitatio.

Rerum faciem ornamentorum inspeccio.

An corporalia cum suis pallis, quæ animæ ab aliis quibus nuncupantur, pro necessitate illius ecclesiæ habeantur ab Episcopo benedicta, & munda nam cum immunda sunt, lauari debent in aliquo vaste mundo. Subdiaconis, vel Diaconis, aut sacerdotibus, quorum ablutio in piscinam projici debet.

Item an etiam habeantur bursæ honestæ, & ornatae pro corporalibus conferuandis.

An pro sufficienti necessitate illius ecclesiæ habeantur ampulla mundæ argenteæ, aut erig., vel vitrea, leuchristallina pro ministerio vini & aquæ ad altare, & ita distinctæ, vt dignosci possint.

An vasa habeantur, in quibus prædictæ ponuntur ampullæ necnon an etiam habeantur manustergia, quibus sacerdotes celebrantes post Lauabo, manus tergunt, quæ exhiberi semper debent cum ipsis ampullis.

An pro sufficienti necessitate habeantur pro sacerdotibus levitis, & alijs clericis, & altariis ibidem existentibus paramenta.

An paramenta pro Sacerdotibus, Diaconis, & Subdiaconis sint cù stolis, & manipulis conformia.

Item an etiam habeantur superpellicia pro loci necessitate.

An singula paramenta, & ornamenta sint decenter posita, & distinctè, ordinatèque seruata.

An in ea sint armaria necessaria, & distincta cum seris bene munitis pro custodiendis eisdem ornamentiis.

Item an omnia sint ab Episcopo benedicta, si minus benedicantur.

An omnia munda & tuta custodiantur, ne à tenebris, vel alijs vermis, aut muribus lœdantur, & rodantur.

An lœsa, seu lacera, reparantur; & an immunda per

per clericos prius, & non per mulieres, seu viros laicos lauentur; quia si per laicos lauantur, prophætae scimus.

An ex antiquis paramentis fiat aliqua dispositio pro aliis necessitatibus ecclesiæ, veluti bursæ corporalium, cooptoria missarium, vel reliquiarum, aut pro altari puluinaria, vel huius generis alia, prout Rectori ecclesiæ magis expedire vatum fuerit. Quod si haec tenus factum non sit, mandetur serio, vt in posterum fiat; & nihil in prophætū vsum conuertatur.

An adsint cruces, & vexilla pro processionibus.

An crucem habeant pro deferendis ad sepulturam defunctis.

An thuribulum habeant cù nauicula, & cochlea tri pro vsu ecclesiæ, & processionum necessitate.

An vas habeant pro portanda aqua benedicta cù aspersorio in processione.

An pulchram aliquam habeant imaginem argenteam, vel cream, aut depictam pro dando oculo pacis.

Inspiciantur insuper missalia, Euâgeliorum, Epistolarum libri, necnon Breuaria, Antiphonaria, Gradualia, lectionarium, liber Psalmorum, & Martyrologium. Et si missalia, & breuaria non fuerint noua, hoc est, nouiter reformata, mandetur, vt de nouis huiusmodi propiciatur.

Item an ibi habeatur quoque liber sacerdotialis, necnon & obsequiale seu rituale de sacramentorum administratione.

An etiam adsit liber distinctus, in quo nomina compatrium in baptismo ordinatè (vt superius statum est) inscribantur, & dies, horaque notentur, iuxta formam sacri Concil. Trident. & Catechismi.

Missarium atque aliorum librorum pro choro, & framatorium ad ministratio inspectio.

An sit liber in quo scribatur nomine eorum omnium, qui tempore debito, scilicet Paschali, praemissa confessione sacramentali communicant, & eos qui id facere negligunt.

An sit pariter liber, in quo scribantur dies, & nomina matrimonium in facie ecclesie contra-hentum.

Animaduertere quoque debet Visitator, an omnes praedicti libri sint integri, vel manci, & mutili, & an bene sint compacti.

Quomodo sa-
erorum vnu
sum defec-
tibus prouid-
endum.

Inventarium
omnium re-
dituum inspi-
ciatur.

Aliorum ec-
clesiarum locoru-
m visitatio.

Si vero in praemissis aliqui defectus circa ornatus ecclesie fuerint reperti, distinet, & diligenter notentur per Notarium Episcopi, qui domi prudentibus, & peritis consiliaris adhibitis; singula exinde perpendet atque considerabit, & pro rei necessitate & facultate conuenientia atque opportunity adhibebit remedia, ita ut si aliqua erunt reficienda paramenta, aut de novo facienda pro tolerabili portione diuidantur impensae inter ipsum Episcopum, clericum, & populum: quinimo & loci dominum, habita tamen ratione loci, & expensarum, atque facultatum eorum.

An inventarium habeatur omnium reddituum, censuum & fructuum illius ecclesie.

Deinde verbo & scripto per cartam, quam visitationis vocant, instruat qualiter ecclesia eius paramenta & ornamenta conferuare, reficere, & auge debeat: nominando clero, & populo, tempus in quo necessario refici currentur, obseruata tamen discretione, & æquitate, ne quidam minus, alij magis grauentur.

Visitandæ quoque sunt ianuæ; & omnes aliæ portes ecclesie; & primo an ostia in ea necessaria sit bene accommodata, & ita seris optimis munita, ne aliquis insolens ea clausa aperire, vel effringere possit:

possit, quæ extra diuina præsertim ubi periculum imminet, bene clausa teneantur.

An vas aquæ benedictæ prope ianuam ecclesie habetur, ad aspergendum in ingressu & egressu; necnon an illa aqua benedicta singulis diebus Dominicis renouetur, & vas mundum conseruetur.

Perlustrentur quoque testa, & parietes ex omni parte ecclesie, & si quid mutilem, vel ruinosum reputum fuerit, mandetur quamprimum ut immunitati necessitatibz occurratur.

Considerentur quoque ecclesie fenestra, at item fenestra cancellis ferreis sint ita munitæ, ne aliquis per eas ingredi, vel egredi posset; & si plures quam necessitas illius ecclesie postulauerit, fuerint, mandetur alias illarum haud necessarias muro obtutu.

An fenestrae aliquæ sint in ecclesiam prospicientes; quia si quæ fuerint, muro pariter obstrui debet preter eas quæ sunt Episcopi.

An ecclesie pavimentum sit lapidibus vel cemento extructum & bene ornatum; & si quid defuerit, mandetur restaurari.

Et ne ecclesie pro sepeliendis mortuis deformetur, cadavera in coemeterijs, aut in tumbis lapidibus bene munitis sepeliantur.

Si vero de more sit quod in Domino defunctorum corpora sepeliantur in ecclesia, an cum tali animaduersione fiat, ne in ea foetor inducatur, propterea curandum est, ut ecclesiæ sepulture comitentibus lapidibus conteste, & bene custoditæ conseruentur, ne foetor exire possit.

Item an parietes sepe purgentur.

An in ecclesia res seruentur prophætæ, scilicet ligna, trabes, vina, frumenta, linum, canapum, lana & similia.

An in ecclesia Epitaphia sint scandalosa, seu imagines indecoræ.

An in ecclesia permittantur prophana, vt comedie, dialogi, seculares musicæ, & alia illicita, & prohibita.

Præterea an ecclesia fuerit per sanguinis effusione, vel humani seminis sparsionem, vel excommunicati sepulturam polluta, & prophanata; quia tunc in ea celebrari non poterit, nisi per Episcopum fuerit reconciliata.

An temporibus nundinorum, vel mercatuū, mercatores, vel alij quicunque circulatores, intra amictus, porticus, & portas ecclesiarum cum suis mercimonii ad vendendum admittantur. Quod omnino tanquam flagitium vetandum est sub indagatione eius, qui mercatores de templo flagellis expulit.

An etiam in ecclesia tolerantur, præsertim diuinorum officiorum tempore deambulationes, strepitus, clamores seculares, actiones, & vana, profana colloquia.

An per ecclesiam in qua duæ sunt portæ p[ro]p[ri]as transeuntibus via abbreviatur, patientur quascunque res propheticas transportari, &c.

Inspectio turri & campanarum. Inspiciendum quoque est campanile, idest, turris campanarum, an bene custodiatur; & si quid ei defuerit, pro necessitate iniungatur, vt satisciat.

Campanæ etiam inspiciantur quot sint. Et an fuerint benedictæ, & an debitis horis, videlicet in aurora, meridie, & occasu solis pro salutatione angelica facienda, necnon pro sacris, & alijs diuinis officiis pulsentur.

Cimiterii. Perlungandu[m] quoque erit illius ecclesiæ cœm[eter]ium, an clausum sit, ne bruta ingredi possint, atque vt ab omni iniuria & crudib[us] bene custodiæ.

An

An aliquo modo, vt etiam dictum est de ecclesia, sit pollutum per sanguinis scilicet, vel seminis humani effusionem, aut excommunicati sepulturam.

An ibidem mortui debitè sepeliantur.

An ibidem aliquis sit locus aptus, & idoneus, & deuotus ad mortuorum ossa reponenda, vt moris est ferè vbique.

An in illo aliquæ sint crucis marmoreæ, ligneæ, lapideæ, vel depictæ, aut Sanctorum imagines.

An ibi etiam sit vas mundum pro aqua benedicta, & aspersione, &c.

An frequenti processione visitetur à clero cum consuetis orationibus & cœremoniis, & aspersione aquæ benedictæ, ac incenso.

In visitatione autem ipsarum ecclesiarum non solum parochialium, sed etiam quacumque alienarum, si quæ fuerint ruinosæ, reficiantur: si vero collapſe restituantur, vel transferantur. Quia locorum Ordinarii ecclesiæ quibuscumque opportunitatis remedii debent prouidere, & quæ reparacione indigent, reparare, ne hominæ cura animarum, aliisque debitis obsequiis defraudentur. Concil. Trid. c. 8. de refor. sess. 7.

Quinimo Episcopi etiam tanquam Apostolice Sedis delegati, transference possint beneficia simplicia etiam iuri patronatus, ex ecclesiis, quæ vetustate, vel alias collapſe sint, & ob eorum inopiam nequeant instaurari, vocatis iis, quorum interest, in matrices, aut alias ecclesiæ locorum corundæ, seu viciniorum, arbitrio suos atque in eiusdem ecclesiis erigant altaria, vel capellas sub eisdem inuocationibus, vel in iam erecta altaria, vel cappellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus ecclesiis impostis.

Parochia.

Quid cū eccl[esi]is ruinosis, vel coriplis faciendis.

Parochiales vero ecclesiæ, etiam si iuris patrōnus sint, ita collapsæ refici & instaurari procurerūt ex fructibus & prouentibus quibuscumq; ad eadē ecclesiæ quomodo cuncte pertinetib; Qui si non fuerint sufficiētes omnes patronos & alios, qui fructus aliquos ex dictis ecclesiæ proueniētes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacunque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Quod si nimia egēstāte omnes labent, ad matrices seu viciniores ecclesiæ transfrēntur, cū facultate tam dictas parochiales, quam alias ecclesiæ dirutas, in profanos viſus, non lordidos, erecta tamen ibi cruce conuertendi, Concil. Trid. less. 2.1. cap. 7. de reform.

Cætera quæ ad ecclesiæ ipsas oratoria & coemteria spectant, Visitatores pro sua discretrione curabunt, vt si quis defectus appareat, emendetur.

Insuper est etiam inquirendum, an in districtu illius parochiæ, quæ actualiter visitatur capelle habentur collapsæ, vel dirutæ; & vbi sint, quiq; illarum sint possessores, & quātum annuatim redant, & quæ onera habent; necnon an in eis altaria sint consecrata.

Item an etiam aliqua ibidem habeantur campestres, vel derelictæ ecclesiæ; & an aliiquid in bonis habeant; & à quibus possideantur.

An expendant commendatarii tertiam, vel quartam saltem partem iuxta Bullam prouisionis lue.

Defectus vero reperti circa conseruationem sacrosanctæ Eucharistiaæ, & circa olea sacra, fontem baptismatis, reliquias Sanctorum, sacrariū calices, corporalia, ampullas, candelabra, ceroes, libros & huiusmodi alia ad viſum cultus diuini pertinentia; necnon circa altaria, & structuras ecclesiæ campanas,

Defectibus
quarūcūq; re
rum sacrarū,
& aliarum ad
Ecclesiæ spe
ciantur quo
modo proui
dendum.

campanas, coemteria, sepulturas, & id genus alia, vt superius de paramentis Ecclesiæ dictum est, ita hic etiam singuli per Notarium annotentur, & Episcopus matura deliberatione habita, quam primum poterit fieri prouideat.

FORMA VISITANDI QVALLA cuncte beneficia, & eorum prouentus.

TITVLVS TERTIVS.



V.O T sunt beneficia in ciuitate, oppido, seu pago: necnon & in vnaquaq; cuiuslibet loci ecclésia. Beneficiora
visitatio.

An sint curata, vel simplicia, & quæ.

Qui sint ipsorum beneficiorū tituli.

Qui sint eorum fundatores.

Quot sint fructus, & an conseruentur, si sint aliqui fructus alienati, vel ablati, aut occupati.

Si beneficiorū præsertim curatorum possesseores faciant residentiam.

An beneficia proprias habeant habitationes.

An habitationes recte conseruentur.

An locentur personis in honestis, vel suspectis.

Ostendant literas collationis, qui collationem beneficiorum habere prætendent.

An sit qui prouideat iuspatronatus.

An patronus commiserit simoniam.

An fecerit pæcta, & conditiones, & quas.

An patronus detraxerit aliiquid de fructibus.

An beneficia aliqua possideantur ab aliquibus in confidencia contra sacros Canones & decreta Summorum Pont. præsertim Pij V.

Item

Item quot ab uno possideantur beneficia , est
qua sint incompatibilia.

An integri percipiantur fructus à beneficiato.

An conferuentur fructus & iura beneficij bene-
ficiato collati.

An laici Patroni & domini , vel eorum officia-
les intromittant se in fructibus , & aliis bonis ec-
clesiae.

An satisfiat piis fundatoribus.

An soluantur pensiones; quantum, & quibus;

FORMA ET MODVS VISITANDI

Episcopos & superiores, eorumq; familiares,
si visitator fuerit Apostolicus , iuxta
praescriptum Romanae visitationis

TITVLVS QVARTVS.

Epi- ac fami-
liarii eius vi-
statio.



PN primis inquirendum est de vi-
ta Archiepiscopi, aut Episcopi,
& de eius , & familiae honestate,
& quo pacto se gerat, & gesserit
gubernatione Archiepiscopatus,
aut Episcopatus , & ecclesiarum
sibi subditarum , tam in spiritua-
libus, quam temporalibus : item de eius supellesti-
li, & mensa, & an in consanguineos , vel familiares
effundat bona ecclesiastica contra c. 1 . sess. 25 . de re-
form. Concil. Trid.

Item an in mensibus ad ipsum non pertinentibus
seu alias beneficia Sedi Apostolice affecta , con-
tulerit.

Item an fructus beneficiorum vacantium sibi
vsurpet.

Item

Item an ordines , & beneficia indignis conse-
rat, videlicet infamibus, aut exatis, literarum , vel
alium patientibus defectum, aut sunt sordidi mani-
bus, lingua, & obsequio , & an in collatione seruet
Concil. Trid. cap. 3 . sess. 7.

An sit solicitus ut in ecclesia cathedrali , & alijs
sibi subiectis diuinus cultus debitiss modo & tem-
pore, ac pie persoluatur.

Et an decreta Concilij contra non residentes
exequatur, vt cap. 1 . & 2 . sess. 6 . & cap. 1 . sess. 23 . &
cap. 1 2 . sess. 24 . præterea. & Bullam Pij Quarti pu-
blicatam die 17 . Decemb. 1564 . & Pij Quinti 8.
Idus Iulii 1568 . det schedam manu sua subscriptam
beneficiorum non residentium transmittendam ad
Sanctam Sedem Apostolicam.

Et an ipse resideat in sua cathedrali Ecclesia, iux-
ta eadem cap. & Bullam Pij Quarti publicata pri-
die Nonas Septemb. 1560 .

An Synodus dicecetana singulis annis celebrata
fuerit, si non, celebretur iuxta cap. 10 . sess. 25 . &
cap. 2 . ead. sess. in qua cum omnibus qui ad id te-
nentur iuxta modum constitutionis bullæ Pij Quar-
ti publicata idus Nouemb. 1564 . & concil. Trid. sess.
24 . cap. 1 . & cap. 12 . fidei professionem emittagit, pu-
blicet decreta Concilij, præsertim residentiæ, ob-
seruarique faciat Bullam Pij Quinti super residen-
tia facienda in parochialibus ecclesiis publicatam
S. idus Iulii 1568 .

Statuat iudices, & examinatores quales oportet,
quibus à Sede Apostolica capsa committan-
tur, & eorum nomina ad sanctam Sedem Aposto-
licam mittat, quorum recto iudicio ordines , &
beneficia dignioribus conferantur, iuxta cap. 18 . re-
form. sess. 24 . Concil. Trid. & Bullam Pii V. publicatā
15 . Kal. Aprilis. 1566 .

G

Si

Si seminarium non erexerit, erigatur, si suppetur facultates, iuxta c. 1. s. fess. 2. 3. Concil. Triden. sin. minus S.D.N. consulatur.

An ab Episcopo iudicemus iste examinatus, & approbatus fuerit, emiseritque professionem fidei, iuxta c. 1. de reform. fess. 5. Concil. Trid.

An per Episcopum super ordinatione doctorum, & aliorum cuiuscunq; artis & facultatis professorum Bulla Pij Quarti circa professionem fidei emittendam seruata fuerit, publicata Idus Nouembris 1564. & iuxta cap. 12. refor. fess. 24. Concil. Triden.

An Bulla Pij V. circa agrotantes à Medicis intendentes, publicata die 11. Martij 1566. serueretur, vbi cauetur, vt si quis poenas, & censuras incurrit, dummodo obediat, absoluatur, & restituatur.

An Episcopus gradum suum seruet iuxta c. 6. & 7. fess. 2. Concil. Trid.

An prædictus, vel impeditus aliquem ad concionandum pro se idoneum substituat, iuxta cap. 2. de reform. fess. 5. capit. 4. reform. fess. 24. Concil. Triden.

An singulis annis visitet ecclesias suæ dioecesis, iuxta c. 8. fess. 7. & c. 8. fess. 21. c. 3. fess. 24. Concil. Triden.

An loca etiam nullius dioecesis visitauerit, iuxta c. 9. fess. 2. 4. Concil. Trid.

An etiam regularia, prout in c. 20. fess. 25. Concil. Trid. monasteria monialium sibi non subditarum quoad clausuram tantum, visitauerit; non autem quoad reliqua, & catteat à superfluis visitationibus sub clausuræ praetextu.

An singulis annis tempore visitationis etiam beneficijs curata perpetuo vuita, & annexa aliis ecclesij,

cleſijs, & monasteriis, visitauerit, & Vicarios idoneos posuerit, iuxta c. 7. fess. 7. Concil. Trid.

An Episcopus seruauerit in visitandis hospitalibus, confraternitatibus, & montibus pietatis, quæ in c. 15. fess. 7. & c. 8. fess. 22. & fess. 25. Concil. Triden. statuta sunt.

An singulis annis rationem exegerit à ministris supradictorum locorum, iuxta cap. 9. fess. 22. Concil. Triden.

An vacantibus ecclesiis curatis, statim ab Episcopo Vicarius constituantur, iuxta cap. 18. fess. 24. Concil. Trid.

An Episcopus ordines conferat, iuxta c. 8. 11. 12. 13. 14. &c. 16. Concil. fess. 23.

An ecclæstica sacramenta tempore, loco, & modo debitis populo ministrantur, & an decreta Concilijs, & præcipue circa sacramentum matrimonij seruentur, vt fess. 24. cap. 1. Concil. Triden. & de patrinis in baptismo admittendis, cap. 2. eadem fess.

An incaute vagabundos ad matrimonium admisserit contra c. 7. eiusdem fess.

An in gradibus prohibitis aliqua matrimonia sint contracta, vt in c. 5. eiusdem fess.

An contra concubinarios, & concubinas executioni mandentur, quæ in cap. 8. eiusdem fess. & Bulla Pij V. die prima April. 1566. publicata continentur.

An puniat si sit aliquis qui matrimonia impeciat, aut minus libere contrahere cogat, contra cap. 9. eiusdem fess.

An conferat beneficia presertim curata, iuxta c. 3. fess. 7. Concil. Trid.

Et an contra obtinentes plura curata, aut alia incompatibilia beneficia, cap. 5. fess. 7. eiusdem Concil.

Tridēn. et si executioni mandetur.

An poenitentiarium instituerit, iuxta cap. 8. sess. 24. Concil. Trid.

An confessores non prævio examine à se approbatos admittat contra capitulū 15. sess. 23. Concil. Tridēn.

An quæstores admittant contra cap. 2. sess. 5. & cap. 9. sess. 21. Concil. Trid.

An in excommunicationibus concedendis seruetur cap. 3. sess. 25. Concil. Trid.

An in dispensando sit facilis, & an gratis dispenses, iuxta cap. 18. sess. 25. Concil. Trid.

An in procedendo, & puniendo nimium rigidus fuerit & severus; non seruans cap. 1. sess. 23. Concil. Trid.

An poenæ pecuniariae ad pios usus applicentur.

An legnis & remissis in delinquentibus puniendis fuerit.

An equalitate omnibus iustitiam administret.

An in litibus seruet c. 20. sess. 24. Concil. Trid.

An index librorum prohibitorum sit diuulgatus, factaque sit inquisitio, iuxta bullam, & Canonis in ea contentos.

An ab Impressoribus & venditoribus librorum faciat obseruari cap. de editione, & usu sacrorum librorum sess. 4. Concil. Trid.

An bona Episcopatus bene gubernet, & pauperibus pro modo facultatum distribuat.

An bona immobilia contra sacrorum Canonis & Sanctiss. Domini Papæ constituta alienauerit, aut ab aliis alienari permiserit.

An de decimis ecclesiasticis solvendis curam habuerit iuxta cap. 12. sess. 25. Concil. Trid.

An quartam funeralium quibus solita erat perfolui ante quadraginta annos restitui procuraverit

uerit, iuxta cap. 13. sess. 25. Concil. Trid.

An libertas ecclesiastica à Dominis temporalibus illæsa seruetur iuxta cap. 20. sess. 25. Concil. Trid.

An Domini temporales duella permittant, contra cap. 19. sess. 25. Concil. Trid.

An capias & deposita mortuorum ab ecclesiis sustulerit, iuxta bullam Pii V. die 1. April. 1566. publicatam, & alia seruari fecerit, quæ in prædicta bulla continentur.

An missas celebrari permiserit vespertino tempore, contra bullam Pii V. die 29. Martii 1568. publicatam.

An festa de præcepto, & quæ secundum consuetudinem patriæ seruari solent, obseruentur, iuxta dictam bullam.

An bulla coenæ Domini publicata fuerit.

An bulla contra Iudeos Pauli IIII. & à Pio V. confirmata, & publicata die 23. Maii 1566. seruetur.

An seruetur bulla Pii V. publicata 6. Idus Februarii 1566. quod indulgentiæ ad quarum consecrationem porrigendæ sunt manus adiutrices sint sublatæ.

An seruetur Bulla Pii V. die 5. Novembris 1566. publicata super declaratione portionum vicarii in unione beneficiorum faciendarum.

An bulla Pii V. publicata 14. Kal. Feb. 1568. super formam statuendi censis in contractibus, seruetur.

Moneat Episcopus, quatenus curet, ut pauperibus succurratur.

An in mensa sacra lectionem habeat.

An eius familia sacramenta frequenter.

An familiarem orationem vesperi curet faciendam præsertim domi sua.

An dominicis saltem diebus, & aliis festis con-

cio habeatur in cathedrali, iuxta c.4. sess. 24. & c.5. sess. 5. Conc. Trid.

An Episcopus ipse vim sacramentorum explicet populo, cum ipse est administratus, & idem cureret ab aliis fieri, presertim in tempore Paschatis.

An pro necessitate sua dioecesis Vicarios habeat foraneos, qui alicubi Decani rurales nuncupantur.

Exhibeat Episcopus acta facta in visitatione, & si non confecit, conficiat in posterum.

An Episcopus sit grauis in visitatione, & an pro curationem accipiat in pecunia, vel rebus.

An extra visitationem iniugilet Episcopus, & feciat quid agant Parochi.

An non solum, quando proficitur moniales, sed etiam quando vestiuntur, interrogentur ab Episcopo de earum voluntate.

An describatur Sacerdos sine aliquo praefinito munere ordinatus certe alicui ecclesiae.

Tradat ordinarius manu sua subscriptum particolare inventariorum rerum omnium tam mobilium, quam stabilium ad suum episcopatum pertinentium, idque sanctiss. transmittatur vna cum visitatione.

Constituantur testes Synodales, qui visitatoribus, & deinde Episcopo reuelent quicquid viderint corrigendum.

Sive reperiatur aliquis Episcopus, qui non solutum in sua cathedrali ciuitate non resideret, sed etiam a sua dioecesi sine rationabili causa omnino absenteret, postulandum est, ut licentiam absentie a residentia sua in scriptis obtinetam, vel a Sanctissimo, vel a Metropolitano, aut ab Episcopo seniore, iuxta decreum Concilij Tridentini cap. 1. de reform. sess. 23. exhibeatur deinde admonenter est omnes Episcopos

scopos teneri in suis dioecesibus ordinariam facere residentiam infrascriptis rationibus ex decreto eiusdem sacri Conc. Trid.

Primo tenentur Episcopi residere, cum absentes suo non possint fungi officio, quod est oves proprias pascer, vita exemplo, doctrina, & diuinis praecationibus, quae tria presentiam proprij pastoris desiderant.

2 Vt videant famem, morbos, &c. quibus nisi presentes, mederi non possint, cum ea absentes non videant.

3 Vt eos qui ipsorum opem implorant, & iuare, &c. consolari possint.

4 Vt non modo suis populis, verum etiam aliis Episcopis exemplum praebant.

5 Quia dici non potest, quantopere pastoris presentia oves consolerur ac recreet.

6 Quia tum demum Pastor a lupis gregem defendit, tueritur, ac seruat cum praesens vigilat.

7 Cum sit diuinus Antistes, quasi Dux exercitus, Gubernator nautis, Praceptor, Medicus, Agricola, Pastor, Occonomus, non potest, nisi praesens suum munus praeferre, quod si illi singuli officio suo satisfacere nequeunt absentes, multo minus Episcopus qui hec omnia munera sustinet.

8 Sic etiam poterunt & pacem inter optimates, popularesque componere, disfidia tollere.

9 Potest idem praesens quid vis a populo imperare, aliter noui item.

10 Absens priuatur ea consolatione, quam quis capit, dum res bene, feliciterque procedere videntur.

11 Decori ratio ita poslinat, vt caput sit reliquis membris coniunctum.

12 Monere eos debet auctoritas sanctorum Patrum, & Tridentini Concilij, quod cap. 1. reform. sess. 23.

de residentia personali Episcoporum in ecclesiis & cathedralibus facienda concludit, id etiam in S. R. E. Cardinalibus locum habere quocunque titulo illis praefiat, ita ut à reatu, & penitentia in dicto decreto statutis non excusentur, nisi absentia causa in scriptis, iuxta ipsum decretū, approbata fuerit, vt nec illos, & minus Episcopos excuset, non obstantib. quibuscumque &c.

An Episcopus habeat Vicarium generalem.

An Vicarius generalis praedictus suas in scriptis habeat facultates, & an aliquid egerit ultra limites illarum, & an Episcopo in omnibus fuerit fidelis.

Au profacionem fecerit fidei catholicæ iuxta prescriptum Conc. Trident. & Pii Quarti.

An diligenter animaduertat, non solum in canonicos simplices, & reliquos clericos, verum etiam in ipsas dignitates.

An iustitiam faciat, aut personas, vel munera respiciat in iudiciis, & sententiis ferendis.

An causas mature & fideliter expediat, aut in longum cum partium dispendio sine rationabili causa protrahat.

An depositiones partium, vel aliorum reueleret, quibus non debet.

An acta curia Episcopalis teneat secreta.

Simili etiam modo inquiratur circa personas notariorum curia Episcopalis. Nam cum ex Notariorum imperitia plurima damna, & multarum occatio litium oriatur (inquit sacrolanda Synodus Trid. sess. 22. cap. 10. refor.) possit Episcopus quoquecumque notarios, etiam si Apostolica, Imperiali, ac Regia auctoritate creati fuerint, etia tanquam delegatus Sedis Apostolicae examinatione adhibita eorum sufficientiam scrutari: illisque non idoneis repertis, aut quandocumque in officio delinquentibus

Vicarij gene
ralis visita
tio.

Notariorum
curia Episcopalis
visitatio.

Inquentibus, officij eius in negotiis, litibus, & causis ecclesiasticis ac spiritualibus exercendi usum perpetuo, aut ad tempus prohibere. Neque eorum appellatio interdictionem Ordinarij suspendat.

An Episcopus, vel eius Vicarius generalis, aut quicunque aliis ipsius officialis inuestituram deridet religiosis beneficiorum Monasteriis incorporatorum, vel aliorum, quod est expresse contra facros Canones, & regularia instituta; quinimo cum dispendio regularis obseruantie & iactura propriarum animalium.

Item an etiam taxatam pecuniariam acceperit ab eodem religioso ratione huiusmodi inuestitura, quod est omnino contra votum paupertatis religiosorum.

FORMA ET MODVS VISITANDI

Canonicos etiam dignitates, Capellanos beneficiatos, & alios quoscunq; Clericos Metropolitana, seu Cathedralis, aut Collegiate Ecclesie.

TITVLVS QVINTVS.

SI Ecclesia fuerit Metropolitanæ, seu Cathedralis, vel collegiata pri mo scilicetur quot in ea fint dignitates, & quales: quot Canonici, quot Capellaniæ, & quot alia beneficia simplicia.

An Archidiaconi, Praepositi, Archipresbyteri, Decani, & alij quocunque nomine censeantur in aliqua constituta dignitate, necnon & Ca-

Canonici & aliorū clericorum Metropolitanæ, seu cathedralis, aut collegiata Ecclesie visitatio.

& Canonici, atque reliqui Clerici Cathedralis, seu collegiate Ecclesiae suo pastori sint obedientes.

Interrogetur vnuſquisque de nomine & cognomine; & quomodo illam dignitatem, vel canonicum, vel capellaniam, aut beneficium simplex obtinuerit; & an commissa sit simonia aliqua, vel non. Et si nullum ibidem aliquis Clericus habuerit beneficium, quo viuat, & sustentetur, & quomodo inferuiat.

Exigantur literæ collationis eorum qui habent Canoniciatus, vel beneficia, & legantur.

An omnes Canonici professionem fidei secundum Constitutionem Trid. Conc. & Pij Quarti fecerint, & cui; bis enim quilibet ad canoniticatum promotus fidei professionem facere teneat, primo in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicariis; deinde et in Capitulo iuxta decreū prædictæ Synodi Trid. less. 24. c. 12. de refor-

An aliquis in Canoniciū fuerit admissus minor vi ginti duobus annis, contra c. 12. less. 24. Conc. Trid.

An aliquis Canonicus ad vocem capitularem sit admissus qui saltem non fuit subdiaconus contra cap. 4. less. 24. Concil. Trid.

An aliqui sit data possessio alicuius canonicatus, qui antea non præstiterit eandem professionem in manibus sui Episcopi, aut eius Commissarij.

An canonici aliquid accipiant in admisione, non eorum canonico; um.

An aliquis plura habeat beneficia præsertim incompatible, & quæ.

An omnes Canonici, seu alij beneficiati sint ordinibus initiati, & quibus, quorum ordinum possunt, formata.

An omnes ad residentiam obligati eam faciant. Qui sint absentes, & quandiu.

An sint qui pensiones soluant, & cui.

An

An integras fructus recipiant.

An fructus distribuantur secundum Sacri Concilii constitutionem.

An fructus beneficiorum alienentur, vel a laicis, & a quibus occupentur:

An aliqui Canonici, vel alij beneficiati canonici, vel alia beneficia obtineant in confidentia, contraria quos sunt Bullæ Pij Quarti, & Pij V.

An Capitulum librum habeat omnium reddituum suorum, & Ecclesiarum, atque beneficiorum.

An quotidianæ distributiones sint statutæ in cathedrali, & collegiatis Ecclesiis, iuxta c. 3. less. 21. & c. 7. less. 22. Concil. Trid.

An distributiones dentur pro diuinis officiis vel præsentibus contra c. 1. 2. less. 24. Concil. Trid.

An prouisum fuerit, ut in Ecclesiis cathedrali, & collegiatis lectio sacrae Theologie, aut casuum conscientiarum, vel saitem grammatices, iuxta cap. 1. less. 5. Concil. Trid. habeatur.

An Canonici, & alij clerici in sacra se exerceant lectione.

An vnuſquisque habeat libros, & quos. Ad etiam inter eos aliquos habeat damnatos, vel prohibitos.

An beneficiatus sit, cuius beneficio aliquis satcer ordino est annexus; & eo initiatus non est, neque ista annum se iniciari curavit contra capitulum less. 22.

An singulis annis ratiocinium fiat, & per quos, & coram quibus.

An capitulum fiat, & ubi, quoies, & quæ ibi tractentur.

An omnes, vt clericos decet, in habitu & tonsu clericali incedant.

An Archidiaconus, & Decanus, seu archiprebyters,

byter, & primicerius, seu cantor, canonicos, & de-
rum sibi commissum verbo, & exemplo continet;

An oculos habeant attentos ad chorii discipli-
nam.

An sollicitè, & debitè curent, vt in diuinis offi-
ciis omnia tempore suo debito ordine rectè, deo-
tè, grauitè, & fideliter peragantur.

An canonici, & reliqui clericis reuerenter, & cù
decore Ecclesiam, & chorum decenti habitu, &
tempestiuè ingrediantur.

An omnia officia diuinal, nocturna, & diurna,
horæ videlicet canonica quotidie in choro debitis
modo, & tempore, atque deuotè decantentur.

An in medio cuiuslibet versu psalmorum fiat
parua paupula: & an debita ceremonia, & ritus in
diuinis officiis celebrandis obseruentur.

Qua hora preces dicantur matutinæ, qua prima,
tertia, sexta, & nona, qua vespere, & qua comple-
torium.

Qua hora cantetur sumnum missæ sacrificium;
& an quotidiè debita deuotione cætetur in choro.

An aliquando partes aliquæ summæ missæ canta-
ri omittantur; & quæ.

An & quando procesiones habeantur.

An confessionalia pro audiendis confessionibus
ad necessitatem populi in locis publicis Ecclesiae
habeantur.

Item an habeantur in sacrario, vel in Ecclesia
exemplaria bullæ cœnæ Domini eiusdem anni, &
caſum ordinario reseruatorum.

Item quoties concio in eadem ecclesia habeat-
tur, & an canonici, reliquique clerici semper in-
tersint.

An aliiquid indecens in atrio, vel prope eccl-
esiæ fiat.

An multæ habeant fundationes pro anniver-
sarii, seu missis, aut aliis defunctorum officiis, &
que sint, & an ipsis satisfiat.

An ritè, & cum deuotione peragantur exequiæ,
& officium mortuorum.

An missæ priuata in particularibus altaribus de-
uoïè celebrentur. Est enim curandum, vt piis defun-
ctorum voluntatis, qui aliqua facella, aut orato-
ria fundarunt, pro modo salem facultatum sati-
ficiat; idem in alijs legatis ad pias causas:

An puniantur diuina officia negligentes, vel
vana colloquia, & indecentia diuinis officiis mi-
scentes.

An ad nomen Iesu, seu Mariz, Gloria patri, ado-
ramus, Suscipe deprecationem, Gratias agimus, &
reliqua huiusmodi, capite denudato, surgendo, vel
inclinando pro qualitate loci, & temporis reuener-
tiam faciant.

An in templo deambulent, seu discurrant.

An quilibet habeat Breuiarium, & horas sciat re-
citare canonicas, propterea est ynusquisque super
ipsis examinandus.

An cum quis in choro non inter sit horis cano-
nicis extra chorii cas semper recitet, & quomodo.

An canonici omnes in Canonica habitent.

An canonici, & alij beneficiati domus habeat ca-
nonicales, vel ad sua beneficia pertinentes, & quo-
modo bene sint seruatae, & reparatae.

An canonici, & beneficiati, aliquique clerici domi,
& extra honestè, vt tales clericos decet, se gerant, &
an apud se personas habeant suspectas.

An aliquis sit concubinarius, vel scortator,
adulter, criminofus, aleator, turpi lucro dedi-
tus, fortilegus, magus, diuinator, excommunicatus,
suspeſus, interdictus, irregularis, pernix, re-
bellicis,

rebellis, rixosus, canonum transgressor, aut insamis,
seu scandalosus.

An omnes secundum canones puniantur delin-
quentes.

An sape, & quoties confiteantur, & quibus.

An aliqui confessiones audiunt ab Episcopo ne
approbat, neque expositi sint.

An aliqui in peccato mortali existentes, non pre-
missa confessione sacramentali præsumplerint la-
cram facere.

An aliqui sint, qui jejunia, & alia singula præce-
pta ecclæsiæ non obseruent.

An omnes statuta obseruent Synodalia.

An aliqui sciant defectus aliquos in capitulo,
seu in eorum congregatione esse, qui indigerent
correctione.

Inspiciatur deinde cathedralis ecclesia, seu
collegiata, quibus egeat ornamenti, li-
bris, ytefilibus, & pro modo facil-

tatum, ut prouideatur, cure-
tur; maxime autem, si ip-
sa ecclesia, aut do-
mus capituli,

vel ca-
ponicorum, aut aliorum bene-
ficiorum reparatione
egeant, ut repa-
rentur.

An corporis vestimenta, & accessoriis
ad officium sacerdotale, & missam, & cibi
ad suffragium, & ad funerale, & ad sepulchrum
ad mortuorum sepulturem, &c. sufficiantur.

An corporis vestimenta, & accessoriis
ad officium sacerdotale, & missam, & cibi
ad suffragium, & ad funerale, & ad sepulchrum
ad mortuorum sepulturem, &c. sufficiantur.

An corporis vestimenta, & accessoriis
ad officium sacerdotale, & missam, & cibi
ad suffragium, & ad funerale, & ad sepulchrum
ad mortuorum sepulturem, &c. sufficiantur.

An corporis vestimenta, & accessoriis
ad officium sacerdotale, & missam, & cibi
ad suffragium, & ad funerale, & ad sepulchrum
ad mortuorum sepulturem, &c. sufficiantur.

FORMÆ ET MODVS VISITANDI

Parochos, beneficiatos, & alias quoscunque
clericos circa natalia, ordines, vitam,
mores, atque eorum sufficien-
tiam, & obligationes.

TITVLVS SEXTVS.

DRIMO interrogetur quisque de Examen pa-
ronomine, cognomine, patria, pa-
rentibus, natuitate, legitima æta-
te, & tempore susceptionis suo-
rum ordinum, vt sciatur, an in le-
gitima ætate sit ordinatus, vel
non, & ab eo literæ postulentur,
formatæ, necnon & dispœatio si qua indiguit. Item
petantur etiam literæ dimissionis, & admissionis,
si alterius sic diœcessis, necnon & literæ uestitutæ
si aliquod habet beneficium. Deinde interrogetur,
si parochus fuerit, ac professionem fidei fecerit, &
quando, ac vbi, & an breuiarium habeat, & diurna-
le, necnon & catechismum Romanum saltem vul-
gari lingua editum, & Concil. Tridentinum, atque
Statuta Synodalia, & obsequiale, seu rituarium pro
Sacramentis administrandis.

An corpore sit vitiosus, quod si fuerit, dispen-
sationem exhibeat, vel an aliquo occulto, præser-
tim contagioso laboret morbo.

An secularis clericus sit, vel aliquam professus re-
ligionem.

An habitum gestet clericalem, & tonsuram suo
ordini conuenientem, propterea vestes inspiciatur
interiores, biretum, & corona in capite, necnon &
quam sit vestis exterior longa.

Item an horas canonicas reciteret, presentim & beneficiatus, aut in sacris exticerit; tunc iubetur experimentum facere eum interrogando circa diversa ad horas canonicas, & breuiariū pertinetia.

Item si Sacerdos fuerit etiam curam animarum non habens, an saltem diebus Dominicis, aliisque festiis celebret. Et si beneficium obtinuerit quoties in hebdomada celebrare teneatur, & an fastis faciat, & an non iejunus celebret.

Interrogandus etiam est, licet nullum habeat beneficium neque in sacris fuerit constitutus, an saltem officium B. Virginis Mariæ recitet, & experientia fiat. Simili modo interrogandus est, de officio mortuorum, & septem Psalmis pœnitentiâibus, &c.

Et si clericus fuerit beneficiatus, an simplex, vel curatum habeat beneficium; si simplex, a quo habuit, & an bullas habeat, quas etiam ostendat, & si personaliter in loco sui beneficii non residet, causas exprimat.

Si vero curam animarum habuerit, an parochus sit, vel Vicarius tantum, vel Capellanus, &c. Et si Parochus fuerit, an plures parochiales obtineat ecclesiastis contra cap. 17. fess. 24. Conc. Trid. nisi dicte parochiales ecclesie effent unitæ, & incorporatae; & tunc an Vicarium in una habeat, iuxta formam iuris & bullæ Pii V. in alia vero ipse personaliter residet. Et an fidei profissionē fecerit, iuxta c. 17. fess. 24. Conc. Trid. & bullam Pii Quarti.

Item an aliquos habeat Capellanos, vel clericos, alios sibi inferiuentes, & quot, & quantum uniuersitate det. Nam parochus numero famam habens parochiam tot habeat Sacerdotes, & ministros, qui valent populo sufficienter deferire, prout habetur in cap. 4. fess. 21. Concil. Trident.

Et si fuerit Vicarius parochi, an perpetuus sit, vel annualis, aut ad aliud tempus prescriptum: necnon quis verus sit parochus, & quare non residet; & an sacerdos sit, vel non, & an dispensationem habeat de ordinibus non suscipiendis, vel de non residendo. Nam parochi, qui sub praetextu aliquius licentiae, ab eorum residentia absuerint, licentiam huiusmodi de non residendo in scriptis ostendere debent; & Episcopi licentiam huiusmodi necessariae sunt. mini concedant, nisi in scriptis, & ad modicum tempus, & rationabili de causa; & deinde interrogatur ubi habitet, & quantum absens accipiat; & quantum de Vicario, & exhibeat, si literas haberet, mutui pacti, siue obligationem quam habet, cum vero parochio.

Quamdiu illud beneficium possedit, & quomodo, quibusve conditionibus, & an per simoniam vel aliud illicitem pactum obtinuerit.

An legitime sit presentatus, examinatus, & ad animarum curam admissus, cuius rei exhibeat testimoniales literas.

An aliquis beneficium aliquod obtineat in confidentia, vel aliquod in favorem alterius in confidentia pariter resignauerit.

An sit diligens & deuotus in templo, & sacrorum administratione, & an frequenter se absenteret a ecclesia, & quare.

An Sabbatis, & festis, & vigiliis festorum debita hora ad templum cum superpellicio eat, & vesperas dicat, & cum aqua benedicta cimiteriū aliquando visitet, fidelium sepulturas aspergendo.

An omnibus satisfaciat Ecclesiæ iug fundationibus, aliisque obligationibus, quæ & qualia sint illa, literas exhibeat fundationis, si potest, aut dicat quare non possit.

An reliquis omnibus oneribus, & grauatinibus, ad quæ tenetur, vti sunt anniversaria pro mortuis, missa, & alia id genus diuina satisfaciat, vel ea omitat, & negligat.

An sciat aliqua superesse legata, quæ executioni non fuerint demandata.

An diligenter studeat, sacrisque literis assidue incumbat, & si curam habeat animarum, an verbo, & exemplo populo sibi commisso viam salutis ostendat, & diebus festis præfertim Dominicis populam, per se, vel alios instruat, iuxta cap. 4. & 7. fess. 24. Conc. Trid. eum videlicet fideliter docendo de fide, ipsiusque articulis, decem præceptis De calogi, & id genus aliis pro captu populi sui necessariis; & nū in primis animaduertat, an aliqui sint, qui orationem Dominicam, & salutationē Angelicam, atque symbolum Apostolicum ignorēt, quos ipse instruere, & admonere non curauit, & quos ad id habeat libros. Et videantur omnes eius libri, quibus ytitur in docendo populo.

An methodum confessionis habeat, & alias libellos approbatos, præfertim de poenitentia Sacramento, & sacra Communione tractantes.

An alios habeat libros in statutis Synodalibus nominatos, & commendatos.

Insuper est etiam interrogandus, si curator fuerit, an diebus festiis, præfertim Dominicis, Euangeliū illius diei etiam doceat.

An doctrinam Christianā pueros edoceat, prout c. 4. fess. 24. Conc. Trid. mandat.

Qualem habitum gerat in templo, platea, & diuiniorio, & via.

An sit in toto conuersatione, verbis & factis suis honestus, exemplaris, & sine scandalo.

Quibus cum plerunque coparserit, vel quo exer.

exercitio se occupet, an ex professo tractet secula-ria, vt rationes, tutelam, contractus, velalia sacerdote indigna.

An cum sagittariis iaculetur ad scopum, an sit ve-nator, & cum quo.

An sit visurarius, mercator, & tabernarius, vel se-exerceat circa alia opera utilia, clericis non conuenientia, immo prohibita.

An sit iurator, blasphemus, obsecratus in verbis, & gestibus.

An sit aleator, rixosus, & pugnet post potum.

An sit ebriosus, & tabernarum frequentator, & aliquando ebriosus iaceat in via, vel in taberna.

An aliquando ebrius veniat ad templum.

Quām soberius sit in nuptiis, quando ad eas inui-tatur, & aliis coniuiciis, & quām honestus in verbis, & cum foeminis, & an tripudiet, vel cantet.

An mulieres habeat sibi seruientes, & an castè vi-uat: an vero concubinam habeat, an etiam proles, & quis eas baptizauit, & quare à se concubinam non remouit, &c.

Et si concubinam habuerit, interrogetur, qualis fuit ipsius concubina antequam illam reciparet, an virgo, vel vidua, an monialis, vel alia infamis mu-lier, vel alterius concubina, vel cui coniuncta perso-na: an sit cum alia dissimilatus domi suz, vel extra, & qualis illa sit, an semel sit repudiata, & eandem iterum, vel eadem viuente, aliam acceperit.

An ipsius concubina alii honestis foeminis præ-feratur, & quo nomine ab aliis compelletur.

An cum muliere aliqua, siue consanguinea fue-rit, siue ancilla, publicè ea ad vicinia loca, veluti ad forum, nuptias, dedicationes, seu coniuvia, vel alio,

Et vt veritas magis eluceat Visitator poterit ali-

quos laicos viros honestos, & exploratæ fidei ac boni testimonii, Deumque timentes, ad se vocare præsertim Ecclesiæ Procuratores, Magistratus, Præfectos, & aliquos alios seorsum, & præmissa aliqua exhortatiuncula, prævioque iumento de veritate dicenda, super quibus fuerint interrogati, præsertim an aliqua sciunt, quorum sit fama, vel probari possint, idque sine metu futuri periculi, vel incommodi interrogari poterunt, de his, quæ per eos sciri sunt necessaria, & quæ ipsis laicis scandalum quoquomo generare non possint: quia quoad eius fieri potest, semper honor clericorum salvandus est, quibus laici quandoque sunt infesti.

*FORMA ET MODVS VISITANDI
et examinandi eosdem curam animarum habentes, circa cultum dominum, cæremoniis, Missarum celebrationem,
& predicationem, atque bonorum Ecclesiæ conservatio-*
nem.

TITVLVS SEPTIMVS:

Examen circa cultum dominum, & ceremonias.

PRIMO vnuſquisque examineatur, an quotidie deuotè & integrè domi & foris horas recitat canonicas, & quale peccatum sit eas pro leui cauſa omittere.

An mane & vesperi pulsetur campana, pro populo ad salutarem Beatam Virginem Mariam.

An quando Missa cantatur, aliqua pars canenda omissatur, & que.

An

An in ecclesia illius loci desierit consuetudo cantandi, vel recitandi vespertinas preces diebus festis & pridie festorum, quando, quomodo, & quare hoc sit omisum.

An diligenter in illa ecclesia seruentur benedictiones cœreorum, cinerum prima die Quadragesima, palmarum ignis, Sabbatho sancto, salis, & aquæ singulis diebus Dominicis, & huius generis aliarum rerum.

An populus illius loci, cum rebus benedicendis ad templum accedat, & beneditis religiose vtratur, & non superstitione.

An consuetæ processiones & litanizæ quolibet anno præscriptis temporibus fiant: & an populus comitetur, ac magistratus iubeat comitari.

An toto anno reiunia de præcepto Ecclesiæ indicta cum unica scilicet refectione, & debito ciborum delectu seruentur; necnon & Sanctorum festa ab Ecclesia catholica præcepta, & in statutis Synodalibus annotata.

Quomodo cœmonia, & cultus diuinus triduum ante Pascha obseruentur.

An debitæ & receptas certarum rerum benedictiones, item ordinarias processiones, & alias publicas ecclesiæ cœmonias per annum reuerenter, & deuotè obseruet, & publicè, mature populo denunciet.

An in eodem loco aliqua superstitione sit confusus, veluti in die Paschæ, cum sacra Eucharistia a grossis, vel fontes circuire, aut alia similia.

Quomodo, & quo ordine, atque ex quo missali, quæ item alta, & quæ submissa voce inter celebrandum dicenda sint, itemque an nouas, & insuetas habeant preces, & cœmonias. Quod si aliquem Visitator haberet suspectum, iubeat illum

Circa missarum celebrazione.

H 3 semel

semel in sua præsencia sacram facere.

An in eleuatione Sanctissimi corporis & sanguinis Christi submissa pulsetur campanula.

Item interrogetur, quid potissimum sacerdos agat in Missa, & quomodo legat Missæ cautelas. Et generaliter circa celeb rationem ipsarum missarum, an seruentur, quæ in capitulo de obseruandis, & evitandis in celebratione Missæ less. 22. Contul. Trid. statuta sunt.

An in ecclesiis aliquid admittatur prophanum in musicis, organis, & cantu contra prædictum capitulum.

Interrogetur de accessu, & recessu altaris, & quando Psalmus Iudica me Deus, & Gloria in excelsis, Symbolum, Ite missa est, & id genus alia, dienda sint, vel non.

Itē interrogetur de vtræq; forma cōficationis.

Quid de vtræque specie sacramenti credat, & quid in calice post consecrationem sit, antequam ostiæ particula imponatur.

Admoneatur præerea, vt tremendum Missæ sacrificium summa animi pietate, deuotè, & reuerenter, distinctè & cautele celebret, atque vt initio totam Missam præuideat, & ordinet, & antequam exeat ad celebrandum, flexis genibus oret, & in fine sacris exutus vestibus, denuo orationem deuotè faciat.

An ad minus matutinum cum laudibus recitet antequam celebret.

Item interrogetur, quād recentivino vtatur in celebratione Missæ.

An aliquādo celebret sine ministro respondēte.

Quoties in hebdomada celebret, & quoties celebrire obligetur.

An vnquam suspensus, aut interdictus, vel excommunicatus.

communicatus ante solutionem celebauerit.

Item quoties in mense confiteatur, & quibus.

An aliquando sibi peccat mortalis conscius, aut vita turpitudine, aut aperto criminе notatus, non præmissa sacramentali confessione, acceptaque absolutione, celebauerit.

An aliquando in ædibus, vel aliis similibus locis non sacrais, aut cultui diuino non dedicatis, siue licentia Ordinarij celebauerit.

An vnquam celebauerit absque lapide consecrato, & si lapis consecratus fuerit portatalis, cuius sit longitudinis, & latitudinis: nam vnius palmi, cum dimidio in longitudine, & vnius palmi in latitudine, ita vt calix cum hostia commode defuper manere posint, esse deberet.

An aliquando peregrinum sacerdotem vagum, & ignotum ad celebrandum, vel concionandum non viss literis formatis, & dimissorialibus, admiserit.

An vbi plures leguntur Missæ, ita distribuantur, vt omnibus satisficiat.

Quo ad conciones vero, qui curam animarum habuerit interrogetur, an singulis Dominicis, alijs que diebus festis, & quoties reliquo anni tempore concionetur, præfertim in Quadragesima, & in Adventu Domini.

Quid præcipue tractet, & ex quibus libris latinis, aut vernaculis conciones sumat, & quādū concionetur, & oēs eius libri diligenter inspiciantur.

An referat fabulas, aut ridicula in concione, vel sit maledicūs, aut iurator.

An sedulo exhortetur subditos, vt vniuersales Ecclesiæ consuetudines, traditiones, & præcepta seruent, & doceat, quād grauiter peccent trāgrefores & contemptores.

An sciat, q̄ & quot sint cōia Ecclesiæ præcepta.

Circa prædications.

An populum doceat de recto, & salutari usu sacramentorum, praesertim de modo penitentiam agendi, id est maximè in quadragesima, de varietate, diuinitate, & peccatorum gruitate, & circumstantijs de autoritate Ecclesie, & Episcoporum, de obedientia erga superiores, de articulis fidei, de caudis huius temporis heretibus, de exercendis misericordiæ operibus, & aliis similibus suo tempore, & in specie: de quibus diffusius agetur inferius.

An sepe suos subditos admoneat de vi, & potentia exhortationis, iuxta doctrinam sacerdotum Canonum.

An aliquando & quomodo explicet populo mysteria Missæ, & sacramentorum; necnon ceremonias omnes, ut populus ea magis veneretur.

Quomodo populum admoneat de legitima festorum celebratione, & ieuniorum præceptorum obseruatione, & an qualibet Dominica, festa, & ieunia de præcepto Ecclesie, atque anniversaria permulget. Et an Calendarium secundum usum cathedralis ecclesie habeat.

Interrogetur etiam quomodo diebus Dominicis sub Missa populum hortetur ad orandum pro viuis atque defunctis.

An acriter vitia reprehendat, praesertim quæ non uit inter suos magis esse cōia, & quæ illa sint.

An in fine concionis orationem Dominicam cum salutatione Angelica, Symbolo Apostolico, & De calogo recitet, ut subditi facilius ea memorizemantur.

An ibidem Catechismus, doctrina scilicet Christiana doceatur; an etiam ordinaria habeatur schola pro instituenda juventute.

An sciāt ad se precipue pertinere, & suum Capellani, si habuerit, ubi alius idoneus non a- fuit

fuerit iunioribus explicare rudimenta fidei, & doctrinam Christianam.

Et si capellani, seu cooperatorem habuerit, an in ordinariū sit examinatus, & approbatus.

Quibus verbis petat fieri orationes pro superiorebus, & pro defunctis.

An subditi ad conciones diligenter veniant, & an aliqui ex illis in fide, devotione, & moribus proficiant.

An etiam patresfamilias admoneat, ut suos utriusque sexus filiolos eadem doceant.

An sepe parentes admoneat, ne simul filios & filias, aut alios utriusque sexus adolescentes in comedendo lecto cubare finant.

An aliquando populum doceat, & praesertim obfletrices, quomodo in baptizandis infantibus se gerere debeant tempore necessitatis, & de verbis quibus uti debent.

Item an eosdem parentes sepe admoneat, ne differant infantes suos recenter natos offere baptismo, ne absque hoc sacramento salutis eviuis decadant.

An aliquando extraneus, seu alias ab Episcopo non approbatus fuerit ad prædicandum, seu ad auendas subditorum confessiones admissus.

Interrogandus quoque est ipse Parochus quomodo bona sua Parochia conferuet, & tueatur; & an debitis sit obstrictus, & quibus, & quamobrem, & cur eis non satisfaciat. Nam parochus, siue aliis qualisunque beneficiatus bonus esse debet oconomus, ita ut bona ecclesiæ haud dilapidet,

vel alienet, oppignaret, vel debitum aggrauet.

*FORMA ET MODVS EXAMINANDI
eosdem Sacerdotes curam animarum ge-
rentes circa Sacramentorum ad-
ministrationem.*

TITVLVS OCTAVVS.

Examen cir-
ca sacra-
menta in eis, &
eorum admini-
strationem.



VOT fuit Ecclesiae Sacraamenta;
& à quo fuerint instituta.

Quæ nam sit differentia inter sa-
craamenta legis naturæ, ac veteris
testamenti, & legis Euangelicæ.

Quæ sunt de essentia cuiuslibet
Sacramenti, singula declarando.

Quæ Sacraamenta sunt iterabilia, & quæ non, &
quare.

An Sacraamenta oīa sunt de necessitate salutis.

Qui sunt cuiuslibet sacramenti effectus, aut eorum
saltem, quæ ministrari per curatos consueuerunt.

Interrogentur etiam definitiones omnium sa-
cramentorum, eorum maxime, quæ per ipsos admi-
nistrantur.

An alio in loco, quam in templo extra casum
necessitatis, & an sine, vel cum superpellicio mini-
stret sacramenta, & quib. vtatur c̄remoniis ac ritib.

Quantum soleat in cuiusque sacramenti admini-
stratione accipere, uel exigere.

An ipse alienis, in iutoeorum parocho, vel igno-
rante, sacramenta administrauerit.

An aliquis alias sacerdos sacramenta administra-
uerit ipsis subditis, eo in iuto, vel ignorante.

Examinandus quoque est, an iuxta ritum S.R.E.
administret sacerdos Sacramēta, & si aliqua eget
instructione, instruatur; si vero est omnino ine-
ptus, seruetur forma cap. 6. less. 2. Concil. Trid.

Intro-

Interrogandus etiam est, quo libro vtatur in ad-
ministrandis Sacramentis, eiūque serior mādandum,
vt omnia Sacraamenta secundū ritum S.R.E. & pr̄-
scriptum statutorum Synodalium diligenter, deuo-
tē, & caute, atque ordinatē administret.

Item an diligens sit in ministrandis sanctissimis
Sacramentis sibi commissis temporibus suis.

An aliqui fuerint ita in ministrandis Sacramē-
tis remisi, vt sua negligentia absque baptismo, vel
poenitentia, aut viatico, seu extrema vñctione ē
viuis aliquis deceaserit.

Deinde examineetur circa Sacramētu baptis̄mi,
quid sit, quæ materia eius, & quæ forma.

Quomodo quis baptizandus sit in periculo mor-
tis constitutus, & qui extra necessitatem, & quid
agat cum baptizatis in casu necessitatis ab obstetri-
ce, vel alio.

An obstetrix formam sciat, & materiam baptis̄-
mi, & an honesta sit, bonaque famæ. Imò exami-
netur ipsa, si praefens erit in loco.

Quot, & quales admittat cōpates, an regulares,
excommunicatos, infames, & id genus alios, vel
pueros, aut alios rudimenta fidei ignorantes. Nam
vnus, vel vna, aut vnus, & vna duntaxat in compa-
tria, refac-
acti.
In tres vnius, iuxta decretum sacro Concil. Trid. pos-
lunt admitti.

An eos sui officij admoneat.

In quibus partibus vngat baptizatum; & vbi sit
vertex.

An aliquando, & cuius culpa mortuus sit infans
sine baptismo; & vbi talis sepeliatur.

Quid fiat cum aqua, qua infans extra templum
baptizatur.

An sciat quousque se extendat cognatio spiri-
tualis contracta in baptismo, & confirmatione,
Circa cognationem spiri-
tualalem.
iuxta.

iuxta decretum Concil. Trid. & an eius admoneat subditos, præcipue patrinos, tū ut sciant ad quod sint obligati, tum etiam propter matrimonij impedimenta.

Circa confirmationem.

Interrogetur etiam, an sciat quid sit Sacramentum confirmationis, quæ quotannis per Episcopū conferri debet.

Item quomodo subditos instruat ad confirmationem dignè suscipiendam: & vim istius sacramenti eisdem explicet.

Quales persona esse debeant, quæ possint admitti in compates, vel commates in administratione huius Sacramentij confirmationis, & quod personas confirmatas in una administratione ipsius confirmationis tenere vnu posse.

Circa penitentiam.

Quoad Sacramentum poenitentie interrogetur, Quid sit poenitentia, quæ forma, quæ materia, & que eius sunt partes.

An formam sciat absolutionis non solum à peccatis, verum etiam à censuris, præfertim ab excommunicatione; ideo iubetur formam absolutionis recitare.

Quot cōdōnes habere dēat cōfessio, & quæ sint. An confitenda sint peccatorum circumstantiæ, & quæ.

Quotuplex sit peccatum. Quæ sint regulæ discernendi peccatum mortale à veniali.

Quo & quæ sint peccata mortalia. Item an sciat differentiam facere inter peccata mortalia, necnō mortalia, & venialia. Et an sciat, quæ peccata sint necessario confitenda, & quantum intelligat de mortalibus, venialibusque peccatis.

Quo ordine fieri debeant interrogations in confessione.

Item

Item notoriè in statu damnationis viuentes, qui non habent firmum propositum se emendandi, vel abstinenti, vel nolentes abstinere, an admittat tanquam confessos ad absolutionem.

Quibus casibus confessio sit iteranda.

Item an habeat bullam coenæ Domini eiusdem anni: & an illam publicauerit. Item an habeat causa Episcopo referatos.

An sciat quod sint casus referati, qui, & quibus.

An quemquā à casibus referatis aboluerit noti imputrata facultate extra mortis articulum.

Quid poenitentib. peracta confessione dicat, &c.

An sciat, quid sit excommunicatio maior & minor, quid suspensio, & interdictum, & quid irregularitas, & an excommunicatos admittat ad diuinam, & an interdictum obseruet.

An populm hortetur, vt sepe, vel ad minus in magnis solemnitatibus communicent, præmissa aliquot diebus ante confessione sacramentali: non enim conuenit, vt post confessionem immediate ad sacram accedat communionem.

An aliqui fuerint ex suis, qui ad minus semel in anno, tempore scilicet Paschali non communicauerint, præmissa sacramentali confessione, & eos non correxerit, & apud Episcopum suum non deposuerit, & quare id facere tales prætermiserint.

An librum habeat, in quo sint scripta nomina omnium animarum, sibi subiectarum etiam clericorum sui Parochia.

An in audiendis subditorum suorum confessibus eos admoneat ad liberè, & sincerè confitendum omnia sua peccata, omni postposita fictione, eos instruendo in quibus casibus confessio nulla officiatur & invalida.

Vbi confessiones audiar, in tempore, vel alibi, & quando

quando audit si est presbyter secularis , an superpellicio , & stola induitus sit.

An confessionalia pro audiendis confessionibus ad necessitatem populi in locis publicis ecclesiae habeantur .

An confitentes in genere , vel in specie non expressis peccatis admittat sine alia informatione , vel etiam absoluat non scientes ad minus orare rationem Dominicam , & salutationem Angelicam , atque Symbolum Apostolicum .

Item interrogetur de restituione facienda rerū male acquisitarum .

Quales iniungat pœnitentibus satisfactiones ; an easdem æqualiter omib⁹ , vel differenter .

An reuelet confessiones , vel inter pocula temere loquatur de auditis in confessione .

An aliqui subditorum alteri confiteantur sine licentia ipsius , vel Ordinarii , & an i⁹ testimonium confessionis alteri facta , priusquam communicet , adferant .

An ipse aliorum sibi non subditorum confessio- nes audierit , sine licentia sui superioris , extra mortis articulum .

An quando aliquis ex suis subditis propter aliquam rationabilem causam ei confiteri non fudit , eum ad peritos confessarios transmittat .

Quando , & cui Sacerdoti ultimo fit ipse confessus , & quoties in mense , vel in anno confiteatur ; & an ille cui confitetur sit ab Episcopo ordinario approbatus & admisitus .

An in illa parochia alii reperiantur , qui confessiones laicorum , aut clericorum etiam Sacerdotum audiant ab Episcopo non examinati , & approbati .

An sciat quoties mortaliter peccauerit teneatur Sacerdoti confiteri , antequam celebret , & quare .

Interrogē-

Interrogetur etiam quales habeat libros , vel summas de confessionibus rectè audiendis , & de rōto pœnitentia . Sacramento tractantes .

An sciat quid Eucharistia sit ; quæ eius-materia , & quæ ipsius sit forma .

Quoad sacram , verò communionem alijs ministrandam interrogandus quoque est , an sciat dignè & comunicantibus vitam æternam , & indignè eam sumentibus mortem sempiternam esse paratā , dicente Apostolo ; Qui manducat , & bibit indignè , iudi ciū sibi manducat , & bibit , non diuidicat corpus Domini . Et an de his populū rēpetiū admoneat . Quibus posit sacram Communionem publicè negare , quibus priuatim , & quibus non .

An sacram Communionem dederit non confesso , vel non absoluto , aut excommunicato .

An sub vtraque Communionem dederit alicui , vel sciat ab alio Sacerdote alicui porrectam fuisse , quorum nomina tenetur Ordinario indicare .

An aliqui subditorum sine licentia ipsius , vel Ordinarij alibi communicet Paschali tempore .

An ipse alterius parochiæ alicui sine eius superioris licentia Communionem exhibuerit .

Item ex quo poculo det Communicaçis ablutionē , quia ex calice danda non est præfertim ordinariæ .

Quot habeat communicantes , & an omnes idonei etatem habentes legitimam ad minus semel in anno , tempore scilicet Paschali communicent præmissa Sacramentali confessione .

An volentes communicare præfertim iuniores interrogeret , quid de sacramento Eucharistia credat , & sentiant , & quos cognoverit ignorare , an eos diligenter instruat .

An sciat qua etate utriusque sexus pueri ad sacram Communionem sint admittendi .

An

Circa sacram
Eucharistia ,
& eius sum-
ptionem , sec
comunione .

An subditos admonuerit, atque docuerit omnes Christi fideles debere de praepro Ecclesiæ premissa Sacramentali confessione communicare Paschæ tempore, quod durat à Dominica Palmatum usque ad octauam Paschæ inclusuè.

An omnes sibi subiectos post octauam Paschæ notauerit; qui confessi sunt & communiquerint; atque eos, qui hoc facere prætermiserint; & an eorum non mina Episcopo in scriptis presentauerit, aut miserit.

An subinde populum moneat, ut non solum in Paschate, sed fœpius, ac frequentius communicet, maxime in magnis solemitatibus, videlicet Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, & quatuor primariis festi uitatibus B. Virginis Marie, & aliis similibus, vel ad minus quater in anno.

An infirmos sibi subditos sepe visitet, & quomodo illos habeat commendatos.

An sciat quomodo sit agendum circa infirmos in extremis constitutos.

An infirmi mature confiteantur & communicent cum adhuc integris sunt sensibus, & an eos ad hoc hortetur, & sepe visitet.

Quid faciat, quando vocatus ad infirmum venit, qui iam loquaciam, vel rationis, usum amisit, aut quod sumit non retinet.

Item an sciat, quid extrema unctione sit, & cur mortui exibetur, & a quo.

An sciat, quæ sit materia huius Sacramenti, & quæ formæ, iubetur utrunque recitare.

An anquando alicui infirmo eam administratur, vel ab uno dari viderit.

An sciat non oibus morituris dandū esse extre-
mum unctionem, & quibus dari, quibusve negari deat.

An

Circa infirmos.

Circa extre-
mam unctionem.

An periculose laborantes hortetur ad eam suscipiendam, & an aliquis eam contemnat, & quid cum tali faciat.

An præmittat Septem psalmos poenitentiales cu
Litanij ante ipsam unctionem, & an sciat partes inu
gendas, atque modum & formam, de qua supra.

An in sepelendis in Domino defunctis adhibeantur præscriptæ preces & orationes, cum solitis co
remonijs.

Item quibus coærementijs, & precibus vtatur, quando huiusmodi sepeliendi sunt mortui, & an obsequiale, seu Sacerdotale habeat dioecesanum approbatum, ex quo huiuscemodi ritus & coæ
mentia depromuntur.

An omnes defunctos tradi sepulturæ ecclesia
sticæ, vel non. Et an sciat, qui ea carere debeant. Et an aliquid capiat cum pacto pro sepulturis, & alijs Sacramentis ministrandis.

An verus Ecclesiæ consuetudo seruetur, diem de
positionis celebrandi, necnon & septimum, trigesimum, atque anniversarium.

An huiusmodi diebus, vel pridie cantetur, aut recitetur officium defunctorum, & quot nocturni dicantur.

An Dominico, vel alio die festo Missa de requie
cantetur, & qua de causa.

An quilibet paternosterias singulis annis aliquando procuret Missas, & alias preces, præsertim officium mortuorum celebrari pro animabus suorum defunctorum.

An parochus librum habeat peculiarem, in quo describantur, & descripta sint omnia mor
tuorum ibi sepulchorum nomina, cum annotatione anni, & diei.

Quoad Sacramentum matrimonij, an sciat, qua
monium.

Circa defun
ctorum sepul
tacum.

Circa mari
monium.

eius sit materia , & quæ forma , & an & quoties publicauerit decretum sacri Concil. Trid. de matri monio clandestino , & an sepe repeat in suggestu , vel in altari tempore sacri .

An hoc decretum à contrahentibus seruetur , & an ipse semper adsit , & quomodo contracturos publicet , & contrahentes examineret , & an librum aliquem in hoc tequatur , & quem .

An semper tres premitat proclamationes ex cæ cellis , vel tempore diuinoris ante solemnizatione , iuxta decretum sacri Concilij Tridentini .

An solemnes nuptiæ , quæ per verba de præsen- ti celebrantur semper ipso præsente & interrogante in ecclesia fiant , an vero domi , & qua de causa : & an ipse , vel alius ipsius nomine semper interfuerit , & an semper etiam adsint testes ad hoc vocati .

An alienos , ignotos , aut vagos , sine licentia , aut sufficienti informatione matrimonio coniunxerit .

An distinctè sciat & obseruer tempora prohibita ad matrimonium solemnizandum , & quæ sint ista prohibita tempora , quibus scilicet temporibus solemnes nuptiæ prohibeantur . Nam secundū Cœcil. Trid. à Dominica prima Adventus , vñque ad diem Epiphanie , & à Feria quarta cinerum , vñque in octauam Paschæ inclusuè huiuscmodi solemnes nuptiæ celebrari prohibentur .

An prohibitas contrahentes nuptias curiæ Episcopali denunciet .

An aliquando matrimonio coniuxerit , inter quos sanguinis , aut affinitatis , vel compaternitatis impedimentum fuit , aut aliud simile , & quomodo hac intelligat impedimenta .

An aliqui ante solemnes nuptias in facie Ecclesiæ celebratas se carnaliter cognouerint , vel in eadē domo cohabitent :

An

An sponsi antequam conueniant confiteantur , & communicent .

An sponsi , & sponsæ tempore suo mane cum celebrazione Missæ benedicetur , iuxta sacras constitutions , & tandem ac laudabilem Ecclesiæ catholice confuetudinem .

An aliquis , vel aliqua ad aliquod contrahendū matrimonium cogatur , & à quo .

An matrimoniales causæ omnes ad Curiam Episcopalem referantur , vel magistratus secularis eas usurpet , & determinet .

An in solemnizatione huius Sacramenti admittantur aliquando inepti , vel stultiæ in Ecclesia aut circum eam .

An iā matrimonio in facie Ecclesiæ coniunctos admoneat eos vñā carnē factos esse , & qd vnicuique ab altero debeatur , ne inuicem defraudetur . &c.

Concl. Trid. An peculiarem habeat librum , in quo describan tur nomina , & cognomina omnium contrahentium , c. i. ref. ac testiū . Item dies , & locus contractus , qui liber in matr. sacrario ad perpetuam memoriam seruari debet .

EXAMEN EORUNDENM SACERDOTUM circa alia Ecclesiæ dogmata .

TITVLVS NONVS.

XAMINARI quoque poterunt Sacerdotes prædicti circa alia maxime sequentia Ecclesiæ dogmata , prout Visitatori expedite visum fuerit , & in primis ; quot sint articuli fidei , & qui . Nam à quibusdam quatuordecim , ab alijs duodecim , iuxta ea , quæ in Symbolo continentur

Circa fidei articulos .

Symbolū Apostolicū , in 14. articulos secundū quosdam diffinītum .

I 2 Apolo-

Apostolico, solent assignari. Primæ autem diuinitatis septem diuinitatis maiestati, ac totidē Christi tribuuntur humanitatis mysteria; & circa diuinitatis maiestatem tria nobis credēda proponuntur. Primo unitas diuinitatis, ad quod facit primus articulus, Credo in Deum. Secundo, Trinitas personarum, ad quod pertinent tres articuli, videlicet, Patrem omnipotentem; Et in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum; Et in Spiritum sanctum. Tertio, propriæ diuinitatis operationes, quarum prima ad essentiam naturæ spectat, quam ob rem articulus creationis nobis proponitur, scilicet, Creatorem coeli, & terræ; secunda ad essentiam gratiæ, ob quam sub uno articulo comprehenduntur omnia pertinentia ad sanctificationem humanam, quæ sunt, Sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum; tertia ad essentiam gloriae, atque ita nobis proponitur alius articulus, de carnis resurrectione; ac vita eterna, his verbis, Carnis resurrectionem, & vitam eternam.

Similiter alij septem articuli ad Christi humanitatem referuntur, quorum primus est de incarnatione, siue conceptione Christi, secundus de nativitate eius ex Virgine; tertius de eius passione, & sepultura; quartus de descensu ad inferos; quintus de resurrectione; sexus de ascensione; & septimus de aduentu ad iudicium. Qui sanè quatuordecim articuli in Symbolo Apostolico sequenti ordine distinguuntur.

Credo in Deum.

{ Patrem omnipotentem.

{ Creatorem coeli, & terræ.

{ Et in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum.

Qui

Qui conceptus est de Spiritu sancto.

Natus ex Maria virgine.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.

Descendit ad inferos.

Tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.

Credo in Spiritum sanctum.

Sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum.

Carnis resurrectione, & vitæ eternam. Amen.

Qui eodem fidei articulis in duodecim tantum capita distribuit, solent sex distinxtati, & sex Chri

Ex San. Tho. lo. sti humanitati attribuere, trium personarum articulos sub uno complexentes, & cum conceptione nativitatem coniungentes; articulum autem de glorificationis opere bifariam distinguentes, in carnis Resurrectionem scilicet, atque anima gloriā, hoc modo.

Credo in Deum.

Creatorem cœli & terræ.

Patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum, & in Spiritum sanctum.

Qui (Iesus Christus scilicet) conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.

Descendit ad inferos.

Tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cœlos, sed & ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos;

I

3

Credo

Reliqui tres fidei articuli in eandem diuinitatis maiestatem.

Idem Symbolum ex aliiorum sententia in 12. articulos distributum.

Primi tres fidei articuli in diuinitatem.

Articuli sex in humanitatem Christi.

Reliqui tres articuli in diuinitatem.

Credo sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum.
Carnis resurrectionem.
Et vitam eternam. Amen.

Alia distin-
ctio eorum
12. articulo-
rum.

Recentiores quidam iam dictos duodecim fi-
dei articulos aliter distinguunt, ac disponunt, vt
sequitur.

- 1 Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem coeli & terrae.
- 2 Et in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum.
- 3 Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine.
- 4 Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.
- 5 Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.
- 6 Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotens.
- 7 Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.
- 8 Credo in Spiritum sanctum.
- 9 Sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem.
- 10 Remissionem peccatorum.
- 11 Carnis resurrectionem.
- 12 Et vitam eternam. Amen.

Circa precep-
ta Decalogi

Quot & quæ sint præcepta Decalogi; item, quæ homines ordinant ad Deum, & quæ eos ad iniucicem. Sunt enim decem præcepta legis, quorū priora tria ad Deum; alia vero septem homines ad iniucicem ordinant, & sunt.

Vnum cole Deum; Nec dicas vanam per ipsum; Sabbathā sanctifices; Habeas in honore parentes; Ne sis occisor; Fur: Mœchus: Testis iniquus: Nec vxorem, aut rem vnguam cupies alienam.

Quot

Quot, & quæ sint præcepta Decalogi affirma-
tiva, & similiiter negativa. Affirmativa enim sunt pta Ecclesiæ,
Primum, Tertium, & Quartum, reliqua vero
negativa.

Quot, & quæ sunt præcepta Ecclesiæ. Sunt enim
quinquaginta primaria Ecclesiæ præcepta ab omni Chri-
stiano obseruanda. Dierum festorum custodia,
Missæ auditio eisdem diebus festis, Ieiunij ab Eccle-
sia indicti obseruatio, Peccatorum confessio, & Sa-
crofæcunda Eucharistie sumptio fœtem ad minus in
anno, idque tempore Paschali.

Circa dies fe-
stos.

Qui sint dies festi de præcepto, & quare sint in-
stituti. Sunt enim omnes dies Dominicæ, & alijs si-
miles ex præcepto Ecclesiæ, vel coniunctudine in-
troducti, quibus homini Christiano seruilia opera
exercere piaculum est, nec sat is est, vt à propheta-
nis, & illicitis operibus abstineat, sed vt etiam di-
uino cultui, & spiritualis vita actionibus plè exer-
cetur.

Circa ieiuni-
nia.

Quæ sint ieiunia ab Ecclesia indicta. Sunt enim
omnes dies Quadragesimales (exceptis Dominicis
quoad unicum eum) feria quarta, ac sexta, & Sab-
bathui quatuor temporum, vigilæ Natalis Do-
mini, Pentecostes, Io. Baptis, Assumptionis B. Ma-
riae Virginis, omnium Apostolorum (præterquam
Philippi, & Iacobi) nec non Sancti Laurentij, & so-
lemnitas omnium Sanctorum; item feria sexta,
ac dies Sabbathi per totum annum solum quoad
abstinentiam carnium. Similiter alij dies ieiunij, de
coniunctudine locorum.

Circa virtu-
tes theologi-
cas.

Quot, & quæ sint virtutes Theologicae. Sunt. n. tres, Fides, Spei, & Charitatis, quarum mentione
facit S. Apostolus cap. 13. 1. Epist. ad Cor. Dicuntur
autem virtutes Theologicae, quia quæque suo mo-
do Deū pro objēcto habeant, id quod & B. Tho-

I 4 mas

mas 22. quæst. 17. art. 5. & in plerisque alijs locis ex-
gregie docet.

Circa virtu-
tes Cardina-
les.

Quot ac quæ sint virtutes Cardinales, & quare ita appellantur. Sunt n. quatuor, Prudentia, Iustitia, Téperantia, & Fortitudo, quæ eā ob causam Cardinales dicuntur, quod sint tanquam aliarum virtutum fontes, & cardines, vt quemadmodum ostium in cardine, sic omnis honestæ vitæ ratio in illis veretur, ac boni operis vniuersa structura eisdem inniti quodammodo videatur.

Circa dona
Spiritus san-
cti.

Quot & quæ sint dona Spiritus sancti. Sunt enim septem, Sapientia, Intellectus, Consilium, Fortitudo, Scientia, Pietas, ac Timor Domini.

De gratia Dei

Quotuplex sit Dei gratia. Estenim duplex, vna quæ dicitur gratum faciens; & altera gratis data; Nam prima ideo à Theologis gratum faciens appellatur, quia hominem Deo gratum facit: at gratia gratis data cum Deo neminem coniungit, neq; quenquam gratum Deo reddit, sed tantum id efficit, vt homines ad salutem proximi coopereatur vnuisque efficiat, vt alter ad Deum reducatur, atque hæc prout Dominus vult, qui operatur omnia in omnibus, in singulos distribuitur, quæ ideo non inepte gratia gratis data nuncupatur, quia supra vires naturæ gratis, & non ex merito, ad Ecclesiæ, & proximorum ædificationem non ad suscipientis iustificationem confertur, sed variè. Nam vnicuique (inquit Apostolus Paulus) datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alijs quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alijs autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum: alteri fides in eodē spiritu, alijs gratia sanitatum in uno spiritu, alijs operatio virtutum, alijs prophetiæ, alijs discretio spirituum, alijs gratia linguarum, & alijs interpretatione sermonum.

Quo

Quot & quæ sint Euangelicæ legis beatitudines? Circa beatitudines Euangelicæ.

Matth.
c. 5.

Sunt enim, vt haberur apud Matthæum, octo, videlicet.

1. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.
2. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram;
3. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
4. Beati qui esuriuat, & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur.
5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiæ consequentur.

6. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

7. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

8. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Quid fit misericordia, & quotuplex? Est enim misericordia animi condolentis affectus cum adiectione beneficij, vt compatiamur proximo, & largiamur de proprio, vnde ait B. Christoforus misericordia est salutis præsidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum. Hæc est quæ iustos probat, sanctos roborat, Dei cultores ostentat, quando ut optimè ait B. Ambrosius, Omnis summa disciplina Christianæ in misericordia, & pietate est: ipsius autem misericordia opera sunt duplia, alia spiritualia, & alia corporalia.

In B.
Matth.

De misericordia, & eius opibus.

Quot & quæ sint spiritualia misericordiæ opera? Sunt enim septem, peccantes corrigerere, ignorantes docere, dubitantibus recte consulere, pro salute proximi apud Deum intercedere, consolari moestos, ferre patienter iniurias, offenditam remittere.

Quot & quæ sint corporalia misericordiæ opera? Sunt enim & ea septem, esuriētes pascere, sitiētibus

potum

potum dare, nudos operire, captivos redimere, agrotos inuisere, peregrinos hospitio suscipere, & mortuos sepelire.

Quæ hominis nouissima dicuntur? Ea enim quæ homini ad extremū eveniunt, sunt quatuor, mors, iudicium, infernus, & coelestis gratia, de quibus inquit sapiens: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in eternum non peccabis.

Postrémò quid sentiat quisque de indu gentijs, & quid de Sanctorum intercessionibus, quidvè de purgatorio.

*MODVS VISITANDI ET INQUI-
rendi de vita, & moribus Laicorum.*

TITVLVS DECIMVS.

Visitatio Lai
corum.



VONIAM nimiū effet in quo-
uis loco vnumquemque Laicum
visitare & examinare, satis erit, si
de vita & moribus laicorum cu-
iuslibet loci fuerint Parochi, &
Sacerdotes alij, nec non aliqui
seculare viri integri ac fide di-
gni examinati circa sequentia.

Primò inquirendum erit, an in ciuitate, vel op-
pido, aut pago, vel in aliqua parte dioecesis sit ali-
quis hereticus, vel de hæresi suspectus.

Item an aliquis suos mittat ad scholas, vel gym-
nasia heretica.

An aliquis domi, vel alibi libros habeat hereti-
cos, vel picturas & imagines hereticas, aut aliquid
simile in Catholicorum prefertim Ecclesiastico-
detractionem.

An

An Magistratus permittat huiusmodi libros, vel
picturas publicè vendi, vel emi.

An quandoque in priuatis q̄ib⁹ habeantur clā
suspecti conuentus.

An aliqui sint qui frequenter in fide Catholica
disputent, aut male loquantur.

An aliqui sint excommunicati, maximè in ea
obstinati, vel simoniaci, fortilegi, malefici, incan-
tatores, morbos superstitione curantes, blasphemii,
vñrarij, homicidij, incendiarij, vagabondi, fures
publici, adulteri, concubinarij, raptore, meretrici-
es, coniugati abiuicē separati, in gradibus pro-
hibiti coniuncti, vel in capitalibus iniuricijs per-
sistentes, vel in non confitendo, & comunicando
annuatim, & præcipue, quando quis id facere o-
misit per plures annos, curandumque est, vt om-
nia corrigantur, & omni conato iniuricijs com-
ponantur.

An aliquis in Quadragesima, & feria sexta, ac
Sabbatho, & alijs iejuniorum de precepto diebus
sine sufficienti licentia rationabilique causa veſca-
tur carnibus.

An aliqui certent, vel contemptum loquantur de
censuris, & iurisdictione Ecclesiastica.

An nominatim excōmunicati in diuinis, & com-
muni conuerfatione vitentur.

An aliqui sint notorij clericorum percussores, &
si vocari poterunt, voceantur, & interrogētur, qua-
re hoc faciant, & cur se absoluī non curent.

An magistratus secularis, ad suum tribunal cle-
ricos compellat, vel eos opprimat, aut vexet.

An idem magistratus causas, & querelas spiritua-
les cognoscat.

An filij reperiantur, qui percusserint, vel perse-
quantur parentes, aut parentes, qui filios manife-

ſt̄

stè malos non puniant & increpant.

Quomodo obferuentur à laicis præcepta legis, & alia mandata Ecclesiæ, ac Superiorum.

An singulis annis semel ad minus confiteantur & communicent Paschali scilicet tempore.

Item quomodo laici visitent, & frequentent Ecclesiæ, & an debitas faciant oblationes.

An aliquis sit, qui singulis diebus festis integrū factum non audiat, vel dies festos non sanctificet, & quid diebus festis faciant laici illius loci, an Ecclesiæ p̄fertim tpe vesperarū, aliaq; pia loca visitēt. Et an sub sacro fedeant, stent, aut genua flectant.

Item an laici in audiendis diuinis se deuotè, & honestè gerant.

Item an laici singulis diebus Dominicis, & alijs festis visitent Ecclesiæ parochialem, intersintque Parochi sacro & ipsius concioni.

Item an laici semper interfint alijs concionibus quando concionatur, vel potius visitent diuerloria & plateas hincinde discurrentes, vel in templo aut ante deambulantes.

Quid diebus Dominicis, & alijs festis à prædio faciant laici, an saltent, ludant, pugnēt, quæ per magistratum secularem prohibenda sunt, & puniēda.

An prædictis diebus festis tripudia, vel choreæ habeantur, à quibus, vt abstineant, an à Parocho sint admoniti, quia populus est omnino admonendus, vt ea vitet, quia multa mala scandala, rixæ, & homicidia inde oriuntur, quæ diuinam provocant iram.

An aliquis diebus ferialibus nunquam, vel rārò visitet templum.

Quam reverenter, & deuotè ac compōsito corporis habitu gerat se populus in templo genua flectendo, surgendo, & quiescendo.

Item

Item an omnes sint fideles, & obedientes suo Episcopo.

Quomodo Sacerdotes suos præfertim Parochū in reuerentia habeant, & deuotione.

An inter aliquos graues & inueteratæ sint inimicitia, quæ si possint fedentur, & componantur.

An aliqui sint defraudantes bona & iura ecclesiæ præfertim Episcopatus, & qualiter.

Quomodo laici cum clericis conueniant, an sepe inter se conuerfentur, & quomodo.

An aliqui sint laici inter se, vel cum clericis riuantes, & discordes, causaq; discordiæ sciscitentur, & si ex huiusmodi discordijs effusio sanguinis interuererit, vel homicidium.

An aliqui repenantur coniuges ynà cum cohabitantes, & qua de causa, quæ si non fuerit sufficiens, cogendi sunt cohabitandum.

An aliqui sint, qui sub prætextu coniugij cohabitent, vel carnaliter se cognoscant, Sacramēto matrimonii secundum Trid. Conc. decretum in facie Ecclesiæ non celebrato.

An aliqui sint, qui non obstante consanguinitatis, vel affinitatis etiam spiritualis impedimento fine dispensatione Apostolica cohabitent.

An aliqui sint exteri, qui eo tanquam coniuges habitatum venerint sufficienti, & idoneo de matrimonio in facie Ecclesiæ celebrato testimonio in scriptis habito non instruti.

An aliqui coniugatorum suos filiolos ante transactum annum in proprio lecto teneant.

An mulieres ante partum confiteantur, & communicent, & post partum faciat se per Sacerdotem introduci in templum.

An mulieres extra matrimonium parturientes veniant post partum ad purificationem.

An

An sint aliqui, qui ultra octo dies differant suos filios, vel alios curæ ipsorum commendatos ad baptismum mittere, & cum ad ætatem sufficientem perueniunt, an eos saltem orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolumque Apostolicum, & decem præcepta decalogi doceant.

An testamétorū executores ea celériter, & fideli-
ter exequâtur, p̄fertim circa relicta ad causas pias.

An parochus alium sciat defectū quē emendari cupiat, p̄fertim circa criminosos, & incorrigibiles.

An magistratus secularis non compellat popu-
lum ad Ecclesiā temporibus debitiss, aut vero di-
strahat ea potius per se, vel suos officiales audiē-
tiam dando.

An magistratus secularis pleraque prædicatorum
puniat, an verò dissimuleret, aut foueat.

An aliquis quæstuariorū sit sine licentia in scri-
ptis obtenta admissus, & quomo do se gerant quæ-
stuariorū licentiati, an honestè, vel indecenter.

Poſtremò inquirendum est in quo quis loco, quorū,
& quales adſint notarij, qui omnino ſunt vocan-
di, & circa illorum munus, quām diligenter iuxta
ſacra ſancti Conc. Trid. decretum examinandi, vbi
ſeff. 12. cap. 10. refor. ſic habetur, Cum ex notario-
rum imperitiis plurima damna & multarum occa-
ſio litium oriatur; poſſit Episcopus quoſcunque
Notarios etiam ſi Apoſtolica, Imperali, ac Regia
auctoritate creati fuerint, etiam tanquam delega-
tus Sedis Apoſtolicæ examinatione adhibita, eoru-
ſufficientiam ſcrutari, illisque non idoneis reper-
tis, aut quondamque in officio delinquentibus
officij eius in negotijs, litibus, & cauſis ecclesiasti-
cis ac spiritualibus exercēdi vium perpetuo, aut ad
tempus prohibere. Neque eorum appellatio inter-
ditionem Ordinarij ſuſpendat.

MODVS VISITANDI SCHOLAS
iuuentutis cuiuslibet loci.

TITVLVS VNDECIMVS.



RIMO quærendum erit an scho-
la ſiat, & quot.

Item an Magiſtri, qui praefunt,
ſint viri boni, probi, & honestæ
fame, aque docti, & eruditi pro
qualitate loci, & ab Epifcopo ap-
probati: nam ne ſub ſpecie pietæ
tis, impietas diſleminetur, ſtatuit ſancta Synodus
Tridentina ſeff. cap. 1. de reform. neminem ad hu-
iūnodi lectionis (hoc eft docendæ iuuentutis) of-
ficiū tam publicē, quam priuatim admittendum
eſſe, qui prius ab Epo loci, de vita, moribus, & ſcie-
tia examinatus & approbatuſ non fuerit.

An profacionē fidei fecerint, & vbi, & corā quo.

An authores utiles & honestos, & quos profi-
teantur.

An in ſchola, vel extra apud Magiſtri, vē ſchō-
lares libri ſint infecti, aut quomodo cūq; prohibiti.

An diligenter in moribus, & literis instruant
ſcholares.

An & quotiens in septimana doctrinam Chri-
ſianam doceant.

An ſcholares admoneant, eisque mandent, vt ſia-
gulis diebus, præcipue autem ſeſtis frequētent Ec-
clesiā, vbi deuotè orent, & ſacrum mane audiāt.

An curam habeant, & ſolliciti ſint, vt ſcholares
maiores ſufficientem habentes ætātē, ſapientiā quām
femel in anno in quatuor magnis ſolemnitatibus
ad minus conſiteantur, & communiceant.

Visitatione ſcho-
larum iuuen-
tutis.

An curam quoque habeant, vt singuli scholares si bellos habeant precationum deuotarum, veluti officium B. Virginis Mariæ, Septem psalmos Poenitentiales, & officium defunctorū, nec non & Rosariū.

An animaduertant, vt in ipsorum scholis & extra omnis honestas in moribus, & conuerstatione serueret.

An tolerant in scholis colloquia lasciuia, & obscena, aut cantilenas scandalosas.

An scholares in ingressu scholæ antequam studia incipiunt, vel lectiones audiant, & deuotam orationem aliquam simul faciant.

An præceptores scholares doceant, & instruāt vt per plateas honestè incedant, & domi omni cū modestia vivant, ita vt eorum parentibus & alijs maioribus sint obsequentes, nec obscena, aut turpia loquantur.

Si aliquis Ludi magister de crimine aliquo fuerit suspectus, quamprimum dimittatur, antequam innocentes corrumptantur.

MODVS VISITANDI LAICORVM societates, seu confraternitatis.

TITVLVS DVODECIMVS.

Visitatio cō-
fraternitatis.

PISCOPVS Ciuitatem aliquam, vel oppidum, aut villam visitans diligenter inquirat, an ibidē sint confraternitates, seu societas, & quots deinde accedat, ad loca illarum confraternitatum, in quibus congregations habere solent, & ibi oratoria, seu facella visiter; & videat an omnia recte se habeant.

In

In primis queratur, sub cuius Sancti patrocinio sit erecta, ac quo tempore, & à quibus; item quale sit eius institutum, quod vna cum fundatione inspiciatur.

Item qualē ferant habitum confratres, & quot sint.

Item videndum est de eiusdem orandi modo: nec non quæ sint ipsius statuta, seu regulæ, an, & à quo sint confirmata, & videatur confirmatio.

Ex for-
mula
Roma-
ns, &c. Cauendum enim est, ne aliqua statuta supersticio sa seruentur, vt pote de Misericordia defunctorum Domini nicis, aut alijs diebus festiuis decantandis, aut cōgregationibus, quando diuina celebrantur officia faciendis; & si forte iuramentum de prædictis obseruandis præsisterint, absoluantur.

An diligenter obseruentur eiusdem confraternitatis institutiones.

Item an semel in mense, vel quoties in anno cōfratres teneantur confiteri, & communicare, & an id præstent.

Item an singulis diebus festiuis in sacello conue-
niant, ac preces ex instituto præscriptas cantando,
aut legendō perfoluant, & quales sint ex preces,
quaerat etiam videantur.

Item an aliqui confratres sint, qui huiusmodi
precibus tempore debito interesse negligant.

Item an inter confratres, sit vera pax & concor-
dia, an vero inimicitia aliquæ, aut odia existant.

Item an eorum aliquis sit male famæ, veluti viura
rius, adulter, concubinarius, lusor, aut alia similia.

Item an omnes diebus festiuis, præsertim Domini nicis, accendant ad Ecclesiæ parochiales, quibus interesse debent manè tempore sacri, & sermonis a Parecho, iuxta decreum Sacri Concilii Trid. ad po-
pulum habendi.

Item an iisdem diebus eant ad Vesperas, & alia pietatis opera exerceant.

Quod habeant officiales, & an idonei sint, & si deliter administrent.

Item an aliquos, & quales habeat confraternitas redditus, & bona temporalia, nec non an etiam bene administretur & dispensentur, & quomodo: cauendum enim est, ne ea, aut eleemosyna ab aliquo usurpentur, neve in alios v̄sus, quam eos ad quos sunt instituta expendantur, & an rationes reddantur singulis annis Episcopo, iuxta cap. 19. reformati. fess. 2. Conc. Trid.

Item an subueniant confratribus iuxta eorum necessitatem, quantum confraternitati est possibile.

Item an singulis annis mutentur officiales, vel quando:nam ex Conc. Trid. præscripto, fess. 25. c. 8. refor. administratio, seu gubernatio huiusmodi locorum vii, & eidem persona ultra triennium deinceps committi non debet, nisi alterius in fundatione eautum reperiatur.

Vt autem melius Episcopus instrui possit officiales, aliosque Ministros, & aliquos confratres separati interrogare.

An in spiritualibus satisfiat fundationi, seu institutioni.

An Capellanos habeant idoneos, exemplares, & diligentes.

An statuta obseruentur.

An habeant exactores legatorum piorum confraternitatis.

An temporalia recte administrentur.

An reddatur ratio administrationis, & cui.

An statutæ congregations debitz, & quando.

An officiales mutentur, & quando.

An etiam electiones officialium recte siant, & quando

quando, & à quo confirmetur.

An confratres sint inuicem pacifici.

An in congregationibus obseruetur modestia, ordo, & grauitas.

Si fuerint aliqui defectus, corrigat illos Episcopus mansuetè admonendo, & instruendo officiales & confratres: hortetur eos ad charitatem, & ad bene faciendū proximis, moneat eos, ut sint constātes, ac zelosi ad honorem Dei, & salutē proximi.

MODVS VISITANDI HOSPITALIA, ac quæcunque alia pia loca.

T I T U L U S XIII.

RIMVM, si in hospitalibus sint visitatio hoc ecclesiæ, vbi clerici sint: deputati ad diuinum officium, vel curâ animarū, aut ibi sint altaria, &c. ea omnia visitet Episcopus, quæ superius in visitatione parochiarum dicta sunt: deinde intret locum hospitalis, & videat, an sint lecti bene ordinati pro pauperibus, peregrinis, infirmis, & in loco honesto, commodo, opportuno, an linteamina, & cooperatoria sint sufficientia pro numero copioso, iuxta loci facultatem.

Pauperes infirmos singulos visitet, & paternè ac benignè alloquatur, verbis consolatorijs, exhortando eos ad patientiam: deinde singulis competentem eleemosynam distribuat: diligenter ab infirmis & pauperibus sciscitur, an habent omnia necessaria, an bene eis prouideatur de lectis, Medicis, medicinis, cibo, potu, & alijs requisitis, per qualitate

Insuper quærendum est, an quodlibet hospita-
le Patronos habeat, & an munieris sui fines transigre
diantur; & an hospitalis bona, iuxta institutum cō-
grue dispensentur, aut à Patronis, vel alijs occu-
pentur.

An singulis annis totius administrationis ratio
reddatur Episcopo, &c. iuxta cap. 19. ref. sess. 22.
Conc. Trid.

Visitatio alio
rum piorum
locorum.

Quod si hospitale non est, sed alius pius locus,
veluti mons pietatis, vel charitatis, aut quomodo-
cunque alter nuncupetur; erectus ad distribuen-
das indigentibus elemosynas, aut virginem paupe-
res in matrimonium collocandas; dandasque do-
tes, vel simile quidpiam faciendum; nec non etiam
ad curam devotionis, vel prouentuum aliquicui ec-
clesiæ, vel fabricæ, queratur de frequentibus.

In primis quo nomine appelletur, sub cuius sit
protectione, & à quibus regatur.

Ité qui fuérint fundatores, & videatur fundatio.

Item an habuerit confirmationem, & à quibus,
& videatur confirmatio.

Item videatur diligenter, an omnia fiant, iuxta
ciusdem loci, vel Ecclesia institutum.

Item qui officiales & ministri pro huiusmodi
locis p̄s proponant; & à quo confirmantur.

Item quot, & quales habeat prouentus, & an
bene dispensentur iuxta loci exigentiam, an vero
in priuatos aliquorū yſus conferantur.

An officiales quotannis rationem reddant præ-
sente Episcopo, vel eius Commissario, iuxta decre-
tum Conc. Trid. sess. 2. c. 19. refor. superius citatū.

Item quādiu durent in huiusmodi officijs ipsi
officiales, & ministri, an singulis annis, aut quo-
uis triennio mutentur; quia vltra triennium nul-
lus officialis huiusmodi relinqui potest, iuxta de-
cretum

cretum Concil. Triden. sess. 25. cap. 8. refor. superius
citatū.

DE MODO VISITANDI vtriusque sexus monasteria.

TITVLVS XIII.



Rchiepiscopus, sive Episcopus, aut Visitatio mo-
nastrorum curam gerens ea in-
fralscripto modo per le, vel alios

maſteriorū u-
triūq; sexus
in cōl.

visitare poterit, præmissa admis-
tione, & exhortatione aliqua.
In primis Visitator monasterio-
rum sollicitus esse debet, & discretus, Dei, & anima-
rum zelum habens, omnia obſeruans, quæ non so-
lum superius tradita, sed etiam à facris Concilijs,
Canonibus, & monasteriorum iporum regulis ac
statutis decreta sunt, singula cum charitate ac man-
uetudine tractans, & exequens, ita ut solum præ-
oculis habeat morum reformationem, conserua-
tionem regularis disciplinæ, pacis, & concordiæ
renouationem, omniisque honestatis perfectionem,
collapsi erigendo, dispersa congregando, vaga re-
ducendo, diffoluta reformato, contracta reintegrando, diuulsa componendo, & quæ sancta iu-
sta que sunt custodiri faciendo.

Secundo debet adhibere diligentiam, vt vtrius-
que status spiritualis ac temporalis mores per exa-
ctam inquisitionem noti, ac manifesti fiant. Pru-
dens tamen sit, vt omnia apud se occulta seruet, ne
mini auditu revelando, & quia non est cuique fides
adhibenda, omnem adhibeat operam, vt veritas ap-

Qualem eſe
oportet Viti
tatem mona-
steriorum.

pareat, id quod facilius eueniet, si obseruabitur, quod inferius post adhortationem in capitulo facienda notatur.

Tertio omnibus diligenter consideratis, quæ ad reformationem faciunt, tam in capitibus, quam membris, iuxta sacros Canones, regulas, ac statuta monasteriorum procedere debet, ita ut cōm̄issum sibi visitationis munus, tanquam omnipotenti Deo in extremo iudicij die rationem redditurus, integrè adimpleat. Quare caueat, ne cui inductus odio, vel praua persuasione, aut informatione iniuriam faciat, neque delicta per visitationem inuestigata relinquat impunitas quia Prælatus, qui crimina non corrigit, non Prælatus (inquit Canon) sed canis dicitur impudicus.

Cæterum ad examen & inquisitionem iam paratus visitandos vnum post alium seorsum audiat, & de necessarijs iuxta rerum qualitatem diligenter simè inquirat. Et vbi aliquid fuerit depositum correctione, & animaduersione dignum, sedulò notetur, & tota visitatio scriptis mandata fideliter custodiatur, ne in alienas manus ad turbandom pacem, & concordiam communem inter religiosos illos veniat. Qua autem ratione visitatio hac debeat inchoari, iam sequetur.

Visitator monasterium ingressus primum ad ecclesiam accedat, ibique ad summum altare oret, deinde religiosos omnes monasterij, in Capituli locum, aut chorū signo campanula, iuxta consuetudinem iubeat conuocari: eisque congregatis Visitator dicat, vt moris est (Benedicite, respondentibus conuentualibus (Dominus) causam aduentus sui aperiat, aut si erit sublicitus; literas patentes cōmissionis suæ ostendat, & alta voce legi faciat.

Post hęc ita oret, sequentibus religiosis; Ad te les. Mat.

Orationes, &
alia ante vi-
tationem reli-
gioformi pri-
mittenda.

uauj oculos meos, qui habitas in celis.

Ecce sicut oculi seruorum, in manibus domino- rum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus Domine suę, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine, miserere nostri; quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra, oppro- brium abundantibus, & despectio superbis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, &c. Respon. Et ne nos inducas, &c.

Vers. Saluos fac seruos tuos domine.

Resp. Deus meus sperantes in te.

Vers. Mitte eis domine auxilium de sancto.

Resp. E de Sion tuere eos.

Vers. Esto nobis domine turris fortitudinis.

Reip. A facie inimici.

Vers. Domine Deus conuerte nos.

Resp. Oltende faciem tuam, & salvi erimus.

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Reip. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Dominus vobislicum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

P rætende Domine fidelibus tuis dexteram cę- lestis auxiliij, vt te toto corde perquirant, & quæ dignè postulant consequi mereantur.

D eus qui corda fidelium sancti Spiritus illu- stratione docuisti; da nobis in eodem spi- ritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando protegere, ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te accepta finiantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Exhortatio
visitatoris ad
religiosos vi-
stantulos.

Postremo exhortationem ad eos habeat, in qua doceantur, quorū visitationis vīlus pertineat, & quantum afferat utilitatis. Ne vero timore aliquo, aut alio respectu humano reticeant, quæ indicari, & reuelari debent, aut ex odio, vel malevolentia cuiquam aliquid affingant; eis mandet in virtute sancte obedientie, vel sub poena excommunicatio[n]is late sententie, aut alia, prout melius videbitur, vel sub iuramento, iuxta consuetudinem religiosorum, præseptim ordinis & loci illius, ut qualquam sine villo odio, vel simulatione, aut fauore; sed sincerè ac verē velit aperire, & manifestare, si quid viserit, aut audierit, vel alias nouerit, minus probè facta in monasterio, aut monasterij personis tam capitibus, quam membris, circa ea, quæ illis proponentur. Interrogandi autem erunt ex tempore, nullo ad delibерandum spatio eis concessio, ut inferius ponitur.

Modus quidam visitandi religiosos, & interrogandi, ponitur in formula visitatoria Romana, sed quia brevior est, acta mulieres, quam viros simul complectitur post eum subiiciemus nos alium longorem, & magis distinctum, prout ex frequenti viu, & multa experientia didicimus, quo modus Romanus copio-

sius extenditur: & prius visitanda est ecclesia, cum sacario, & omnibus, quæ in eis sunt,

VISI-

VISITATIO ECCLESIAE, SACRARII,
Cimiterij, & officinarum, edificiorumq[ue]
in Monasterio facienda.

T I T V L V S X V.



N primis visitetur sacrosancta Eucharistia, & inspiciatur, quot sint ibi particulae, an recentes, & in vaivulo conuenienti, atq[ue] in pulcro tabernaculo, ac bene munito, sine fragmentis afferuentur, num etiam sub particulis pars aliquius corporalis sit sublitrata, & quoties in mense mutantur.

Item an tabernaculum sanctissimi Sacramenti sit in maiori altari, aut in alio repositum, & tam intus, quam extra aliquo panno serico, præsertim rubeo ornatum.

An diu noctuq[ue] coram eo lumen ardeat.

Visitetur etiam oleum Sanctum pro infirmis, & videatur, an in alio loco, quam in tabernaculo sanctissime Eucharistia, eoque bene munito, & decenti conseruetur, & an singulis annis mutetur, veteri combutto. Quod si hæc Ecclesia fuerit parochialis, visitentur etiam baptisterium, & reliqua olea sacra, iuxta ea, quæ superius tradita sunt tit. 2. huius libri secundi.

Inspiciatur, an ecclesia, altaria, calices, corporalia, mappæ, antependilia, ornatus, paramenta, que cunque, libri chorales, missalia, & id genus alia omnia retineant munda, integra, & bene custodiata, circa quæ si opus fuerit, ea obseruentur, quæ superius de visitandis quibuscumque Ecclesijs tra-

visitatio san-
ctiss. Eucha-
ristie.

Visitatio sa-
crae oleorum
& fontis ba-
ptismalis, si re-
clexis fuerit
parochialis.

Visitatio al-
tariorum, & om-
nium rerum sa-
craarum para-
mentorum, & li-
brorum, chora-
lium.

BY TOM

dita

156 DE VISITATIONE

dita sunt, præsertim si Ecclesia monasterij alicuius fuit Parochia.

Totpiciatur
vas aqua be-
nefacta.

Vultetur de-
functorum se-
pulchra tam
comueni; q
Ecclesia.

Edificiorum
& locorum mo-
nasterij inple-
to.

Item videndum, an aqua benedicta singulis sa-
tem Dominicis diebus renouetur, & vas, in quo
est, mundum, nitidumque seruetur.

Visitanda sunt etiam processionaliter defunctorum tam laicorum, quam religiosorum sepulchra tam in cœmitorio, quam in Ecclesia, cum responsorijs, versibus, & collectis superius ex Pontificale annotatis, quæ visitatio in principio, vel medio, aut in fine visitationis ipsius ecclesiæ, prout magis com modum videbitur, fieri poterit.

Perflustrare quoque debet Visitator omnia mo-
nasterij ædificia, necnon & ipsius officinas, præser-
tim bibliothecam, refectorium, culinam, cellarium,
hospitium, & infirmariam, necnon singulos um-
conuentualium cellas, singulos libros tam biblio-
thecæ, quam qui in eorum cellis sunt diligenter re-
uidendo, an aliqui reperiantur prohibiti, vel pro-
phanii, eisque non conuenientes. In singulorum
vero cellis consideranda sunt omnia lectisternia,
necnon imagines, tota que suppellex, ne quidpiam
in eis habeatur, quod religiosis minime videatur
conuenire, iuxta illud, quod in sacro sancto Tridentino Conc. habetur his verbis; Mobilium vsum ita
superiores permittant, vt eorum suppellex statui
paupertatis, quam profensi sunt, conueniat; nihil
que superflui in ea sit, nihil enim quod sit necessaria-
rum ei denegetur. Quod si quis alter quidquam
tenere deprehensus, aut coniunctus fuerit, is bienio
actiua; & paliuia voce priuatus sit, atque etiā
iuxta suæ reguleæ, & ordinis constitutiones puniatur.

Quibus omnibus peractis, institueretur examen
conuentualium; iuxta sequentia.

MODVS

LIBER SECUNDVS. 157
MODVS BREVIS ET GENERALIS
interrogandi ritusque sexus religiosos, ex
formula visitatoria Romana
desumptus.

TITVLVS XVI.

XAMINETVR Abbas, seu Ab-
batissa, aut quoconque alio no-
mine Præpositus, & Præposita
semotim, & secrete, seruato ta-
men decoro: & deinde singuli
monachi, vel moniales, de eoru
numero, & si sunt plures, vel pau-
ciores, quam monasterij exigit institutum, vel suf-
ferunt facultates, iuxta cap. 21. less. 25. Conc. Trid.

Et de cæteris omnibus, quæ in ead. less. de regu
laribus contineantur.

Inquirant etiam, an in monasteriis virorum cō-
stitutio Pij V. ne seminæ in eorum septa ingre-
diantur, seruetur, publicata die 24. Octob. 1566.

Et an in monasterijs mulierū seruetur perpetua
clausura, iuxta cōstitutionē Pij V. 4. kal. Iunij. 1566.
& 9. Kal. Februarii 1569 publicatam.

Si habitantes in communī sub obedientia vo-
luntaria, quorum habitus à secularibus presby-
teris est distinctus, tria vota emiserunt, iuxta con-
stitutionem Pij Quiati 15. Kal. Decembri 1568.
publicatam.

Inquiratur etiam à Prelatis de obedientia, &
reuerentia subditorum, & à subditis de soletaria
Prelatorum in corrigendis subditorum exces-
ibus.

Sedis
c. 1. de
regul
mon.

Sciendum

Sciendum præterea , an Abbas , aut Abbatissa , aut aliis quicunque superior legitime sit ingressus , & canonice confirmatus , aut aliquam simoniam in sui eleccione , aut confirmatione , aut in aliorum receptione commiserit .

Prouideatur etiam , vt moniales spiritualibus exercitiis nutriantur , cohabeanturque ob omnib . seculi imposturis , præsertim à vanis & futilibus colloquijs , nec permittantur ad grates præter confanguineos primi gradus alicui , nisi ex necessaria , & urgenti causa , & tunc non sine interuentu alicuius ex senioribus colloqui , nec vlo modo præter officiales , & Prælatos ; in die , in quo sanctissimum Eu charisti sacramentum sumplerint : sumptu autem si non frequentius pro spiritu feriore temporibus saltem à Concil. Trid. in dicto cap . i . l . fess . 25 .

Videatur etiam quis earum sit confessor .

An sufficiens sit ad eas in viam Dñi dirigendas .

Et si aliqua habeant beneficia annexa ; quibus cura imminet animarum , inquiratur . An cura negligatur , vel si is , qui curam eam gerit de ordinarii licentia fuerit ingressus , cui in iis , que ad eaurum pertinet subditus esse debet . c . 2 . l . fess . 25 . Conc . Trid .

Inquiratur etiam de redditibus Monasterij , & in quibus consistant , & à quibus , & si congrue dispensentur , & ne dilapidentur prouideatur . Et si sunt aliqua debita , ut commodius , quam fieri possit , solvantur , & ut credita exigantur .

An Abbas , aut aliis superior aliquem exposuerit ad confessionem audiendam sine licentia ordinarii contra decreta Trid . Conc . cap . i . l . fess . 23 .

Quia hæc formula visitandi regulares est nimis generalis , ac brevis , videtur opportunitu , ut ubi rem & ad singulare magis extēstā tradamus prius circa viros , deinde etiam circa mulieres .

MODVS

MODVS PECVLARIS: ET LON-
gior examinandi viros regulares .

TITVLVS XVII.

 T circa hoc examen ordo serueretur , sic procedatur , primo interrogentur singuli circa vitam & profectum proprium . Secundo , de cultu diuino quomodo peragatur . Tertio , de consfervatione fidei catholice . Quarto , de communibz regularis instituti . Quinto , de votis , quo modo ab eis custodiantur . Sexto , de monasterii Prælato , & aliis officiabz , quomodo iniunctis eis munerebus satisfaciant . Ultimo , exâminentur Prælatus eiusque substitutus circa vitam & mores Conventualium .

Primo quilibet est interrogandus de nomine , cognomine , & patria .

Irem an sit professus , & quandoiu .

Item si non est professus quandiu in habitu ordinis sit , quod si probationis , & sextum decimum suæ etatis annum compleuerit , interrogandus cur professionem non emiserit . Nam finito tempore nouitiatus , inquit Concil . Trident . Superiores nouitios , quos habiles inuenient , ad profitendum admittat , aut è monasterio eos eliciant .

Item si est professus interrogetur , quo tempore professionem fecerit , an per integrum annum in habitu ordinis ante professionem in monasterio fuerit , & decem ac sex annos iuxta sac . Conc . Trid . decretum tunc habuerit completos .

Item quis eum induxerit ad induendum habitu sui ordinis , vel ad professionem emitteandam .

Item

Examen circa
cautio[n]e per-
sonam .

Item an tempore anni probationis fecerit renunciationem, aut obligationem, & quomodo, quia nulla renunciatio (inquit sacrofæcta Synodus Trid.) aut obligatio ante professionem facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunq[ue] causæ p[ro]p[ri]e, valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarii fiat, intra duos menses proximos ante professionem, ac non alijs intelligatur effectū suū fortiri, nisi secuta profacione; aliter vero facta, etiam si cum huius favoris expressa renunciatione, etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus.

Item an ad clericorū habitum fuerit suscep[t]us, vel conuerforum, aut tertiariorum. Et si ad conuerforum, vel tertiariorum fuit suscep[t]us habitum, interrogetur qualem profectum fecerit, & quem habuerit institutionis magistrum, ac quam bene fuerit in regula, statutis, & moribus f[ac]t[io]ne religionis instructus. Et an sciat quales orationes loco horarum canonistarum, singulis diebus recitare teneatur, & an ipsas semper recitet, & quomodo.

An noctu surgat, cum aliis conuersis, præsertim diebus festiuis ad matutinum.

Item quotiens in mense confiteatur, & communiceat, & cui confiteatur. Et an singulis diebus misericordiam audiat, & Sacerdoti celebranti seruire sciat, & an quotidie seruiat, iubeturque recitare confessor, vñâ cum misereatur.

Item an aliquod habeat officium exercendum, & quale, & quomodo in illo se gerat, & an ab aliis importune molesteretur, & à quibus.

Si verò 3d clericorum habitum fuit suscep[t]us, interrogetur quot annos agat, in ordine à professione, & qualem habuerit morum magistrum, qui eum cum aliis junioribus instituerit, & instituat (si adhuc indiget) in regula, constitutionibus, seu statutis.

Self. 1.
C. 16. d.
Regu. &
stat.

tutis ordinis, ac reliqua regulari disciplina, & canitu, & quomodo satisfaciatur.

Item cui ipse, & alijs iuniores confiteatur, & quotiens in mense, necnon & quam t[em]p[or]e communient, nam singulis hebdomadis quilibet confiteri deberet, & semel ad minus in meū sacrum Christi corpus accipere.

Item an ipsi iuniores præceptorem habeant, qui eos in humanioribus literis, & doctrina Christiana instruant, & qualem profectionem in literis faciant, & an omnes studijs, & bonis moribus incumbant.

Item an Cœuentuales alijs studijs non inquumbentes, manualia aliqua habeant exercitia, & qualia.

Itē interrogetur. vñusquisque, an aliquo sit initiatus ordine, & quando, an ante professionem, vel post, & à quo Episcopo.

Item an vñusquisque habeat breuiarium, & horas Canonicas sciat per se recitare, & an recitet quādo in choro horis non interfuit, & circa ipsas horas, necnon officium B. Virginis Mariæ, & mortuorum, Septemque Psalmos poenitentiales, ac gratias examinetur.

Et si in sacris fuerit constitutus, an subdiaconatum ante vigesimum secundum, vel diaconatum ante vigesimum tertium, aut presbyteratum ante vigesimum quintum, f[ac]t[io]ne etatis annum contra decreta Concilij Tridentini suscep[er]it.

Item an huiusmodi in sacris constituti nondum Sacerdotes singulis hebdomadis semel ad minus p[re]missa sacramentali confessione, cōmunicent. Et cui confiteantur, an proprium habeat cōfessariū à Preb[ilato] eis deputatum, vel quem, & qua auctoritate.

An huiusmodi iuniores religiosi maxime in sacris constituti, præter humaniora et habeant sacra studia, & an aliquem idoneum habeant lectorem,

qui eos iuxta capacitatem doceat, & eruditat in sacris literis, præfertim circa Catechismum Romanum, & id genus alia. Super quibus vnuſquisque est, aliquantulū examinandus, vt videatur qualem fecerit profectum, & cuius expectationis sit, & an ad maiora promoueri possit studia.

Et si sacerdos fuerit, præfertim nuper ordinatus, interrogetur circa diuersas partes Missæ, an in omnibus sit bene instructus, & quomodo secreta, & alia proferat, an uno tono, vel diuerso, & instruantur de modo dicendi secreta, & alia, &c.

Item interrogetur quotiens celebret in hebdomada, & an semper celebratus confiteatur, vel quando, & cui. Et circa hoc sunt quoque examinandi Sacerdotes reliqui.

An aliquis in excommunicatione celebrauerit.

Item an sint in monasterio religiosi Sacerdotes à Prælato deputati ad audiendas aliorum sacerdotum confessiones, & quot, ac qui sint. Vel aliqui sint, qui aliorum religiosorum confessiones audiāt, à Prælato proprio non deputati, & qui sint.

Deinde vnuſquisque interrogandus est, quomodo cultus diuinus curetur.

An singulis diebus & noctibus horis congruis in templo matutinū & ceterę horę cantentur omnes, vel legantur, & si quæ cantentur, & aliæ duntur, legantur, quæ, & quibus temporibus singulæ.

Item an Missa singulis cantetur diebus vbi communitas est religiosorum, & vbi duo tantum, vel tres sunt, an saltem singulis diebus missa cōuenientialis legatur, & diebus festiuis ad minus cantetur.

Item quot Missæ singulis diebus celebrentur, & quot quilibet sacerdos celebret in hebdomada, & an aliqui sint negligentes.

An tempore à constitutionibus, seu statutis ordinis

Examen circa cultum diuinum.

dinis præscripto dicatur in choro officium mortuorum, & an omnes, etiam prælaus, intersint.

An officium B. Mariæ Virginis dicatur quotidie in communī, vel quando, & vbi.

An in recitandis Psalmis horarum præfertim canonicearum in choro, in medio cuiuslibet versiculi, debita obseruetur pausa.

An aliquis sit suspectus, quod cū in choro horis non intersit canoniceis, eas extra chorū nō recitet.

An rectores chori habeantur, qui diuina officia dirigant, & cantum moderentur, & an eis omnes alii obedient in ijs, quæ in choro sunt facienda.

An processiones à constitutionibus, seu statutis ordinis præscriptæ, aut maximè ab Ecclesia indictæ suis temporibus habeantur.

Item an ceremoniæ Ecclesiastice suis præscriptis temporibus seruentur omnes.

An satisfiat anniversarijs, alijsqué obligationib. quas habet monasterium pro eleemosynis, cum annuis, tum quotidianis, & an in sacrario hunus rei catalogus habeatur.

An aliqui sint circa cultum diuinum negligentes, & a Prælato tolerantur.

Tertio circa conseruationem fidei catholicae **Examen circa fidei catholicae confirmationem.**

Alii cantentur, vel de fide non bene sentientibus conversationem habeat, aut familiaritatem.

An aliquis libros hereticos, vel alios prohibitos habeat, vel habuerit, vel quomodo cunque legerit, vel legi andierit, & à quo.

Simili modo interrogandus est de figuris, & imaginibus hereticis, atq; alij pueris fidei catholicae

contrarijs, vel summo Pontifici, aut quibusunque Catholicis p̄fertim Episcopis, & alijs Ecclesiasticis.

An aliquis (quod Deus auerterat) comedenter carnes diebus prohibitis , vel alijs comedendas dede- rit, absque necessitate infirmitatis, & utriusque me dici iussu .

An quis scienter , & de industria incurrerit excommunicationis sententiam , rite ab aliquo supe- riore latam .

Quarto , vnuquisque est interrogandus circa communes reguaries institutiones ; & primo an silentium semper seruetur in chorō , Ecclesia, refe- ctorio, dormitorio, & in alijs locis tempore debi- to: nec non vbiique nocturno tempore.

An singulis septimanis legatur regula , & vbi. Item an etiam ex constitutionibus , seu statutis or- dinis aliquid singulis septimanis, & quando ac quā tum legatur.

An capitulum culparum habeatur , & quoties in hebdomada .

An aliquis ex senioribus patribus sit, qui iuuen- tatem bene instruac̄ regula , & sanctionibus or- dinis eas explanando .

An obseruentur ieiunia non tantum ab Ecclesia p̄cepta, verum etiam alia à regula , vel constitucionibus ordinis instituta, p̄fertim Aduentus Do- mini, & feria sexta per totum annum , & cum ieiuniū est de p̄cepto Ecclesiae, quid Vesperi detur.

An quilibet tā extra , quām in monasterio ferat coronam monasticam , & quotiens in mense reno- uetur, & an rasura in monasterio propterea fiat.

An in monasterio, & extra semper integrum or- dinis portent habitum. Vel an aliquis, cum egredi- tur, minus decenter incedat ; & an habitū conuenientem non ferat, p̄fertim cappam conuenientem

Examen cir-
ca cōmunes
regulares in-
stitutiones.

scilicet cap. de reg. & mo- dia.

Item per ciuitatem , vel oppidum, in quo situm est monasterium; & an eat, cum socio, vel saltēm alio familiari, cum deest religiosus.

An aliquis per Ciuitatem, vel oppidum, aut etiā in monasterio ferat chirothecas , vel alia similia re ligiosis non decentia .

An aliquis fuerit tam immemor suæ conscientię vt integrum habitum oī dinis in monasterio , & in itinere exceptus locis pericolosis non portauerit.

An aliquis sit, qui sub praetextu, quod per vim & metum, habitum induerit religionis , aut ante etatē debitam fecerit professionem , vel alio simili tentauerit se ab obligatione ordinis eximere, contra quem procedatur, vt à sacrofausto Trid. Conc. sanctum est, vbi sic habetur. Qui cuncte regularis p̄. extendat se per vim & metum ingressum esse reli- gionem ; aut etiam dicat ante etatē debitā profes- sione fuisse , aut quid simile , velicite habitum di- mittere quacunque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum , non audiatur nisi intra quinquennium tantum à die profes- sionis , & tunc non aliter nisi causas, quas prætende- rit, deduxerit coram Superiore suo, & ordinario . Quod si ante habitum (ponte diuinitatis nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittatur) sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam apo- stata puniatur : interim, verò nullo priuilegio suæ religionis iuuetur ; Nemo etiā Regularis cuiuscun- que facultatis vigore transferatur ad laxiorem re- ligionem ; nec detur licentia cuique Regulari oc- culte ferendi habitum suę religionis .

An conuentualibus tempore debito dentur pro vniuersitate necessitate vestimenta , vel pro ipsis pecunia , & quantum.

An aliquis sit vestiarius , qui curam habeat vesti- lem

mentorum , & indigentibus prospiciat, secundum ordinis, sive monasterij functiones .

An vnā omnes in refectorio comedant, vel alibi, & vbi.

An viētus , & potus, videlicet panis , vinum , & alia esculenta dentur in communi , vel vienique certa mensura , & quid ac quantum .

An ex regula, vel constitutionibus, sive statutis ordinis eis carnes absolute , vel conditionaliter prohibitæ sint , & an eis vescantur præsertim in refectorio , & qua auctoritate .

An in mensa per totum prandium, & coenam lectione habeatur sacra, aut quamvis .

An ante cibi refectionem fiat benedictio, & post gratiarum actio .

An præter coquos in culina , habeatur etiam aliquis qui curam habeat infirmorum , & an talis de cumbentibus bene inseruiat . Et an etiam diligens cura habeatur debilium , & mente captorum si qui adiuntur .

An Medicus sit conductus , vel quotiescumque necessitas postular, statim vocetur .

An aliqui cellas aliorum ingrediantur absque licentia superiorum .

An quilibet peculiarem habeat cameram, seu cel lam, aut in communi loco dormiant omnes .

Et si omnes proprias habent cellas, an omnium cellæ sint in communi dormitorio , vel aliquæ extra, & quorū sint .

An linteamina linea , vel lanea aliaque lectisternia in suis cellis habeant secundum regulam & statuta ordinis, vel monasterij .

An in duti, & cincti cingulis, aut funiculis decubant, vel quomodo, & an in plumis, aut mactis .

An vesperi tempore debito fiat signum silentij .

vii, seu dormitionis, vt vocant .

An Prælatus aliquem ex senioribus habeat Vicarium , seu aliud probatæ vitæ religiosum , qui post pulsū silentij , vel dormitionis portas videt, & monasterium totum circumeat, & an defecus, si qui reperiuntur, ad Prælatum deferantur .

Quot sint portæ in monasterio extra tendentes, & non necessariæ muro obstrui mandentur, nam postulante necessitate duæ ad summum concedit possunt , vna pro quotidiano vnu, & altera pro introducendis lignis, vino , & id genus alijs rebus quæ curru , vel equo indigent .

An ad ordinariam portam monasterij sit proprius ianitor institutus , qui eam teneat clausam, atque exigente necessitate , aperiat .

An portæ monasterij Vesperi post pulsū salutationis Angelicæ peculiari sera claudantur , & à quo ; & cui claves præsententur custodiendæ vsq; in sequentem diem .

Similiter an habeatur religiosus sacerdos Sacrista, cum alio collega , qui non solum curam habeat sacrarii & totius ecclesiæ , verum etiam portarum & clauis earundem .

An semper claves portarum tam ecclesiæ, quam Monasterii , extra vergentium Vesperi deferantur ad Prælatum .

An aliquis sciat quandoque noctu fuisse apertā aliquā portā Monasterii, vel Ecclesiæ, & quorū .

An in Monasterio , vel ecclesia locus aliquis sic adeo non clavulū, vt per eum egressus & ingressus patere possint .

Quinto vnuquisque est circa professionis vota examinandum , & primo circa votum obedientiae , an aquis fuerit, qui superiori nō obedierit, & maximè si quis rebellis, aut contumax fuerit .

Examen circa vota .
De voto obediencie .

Item an aliquis Prælato suo debitum honorem non detulerit.

An aliquis obedierit quidem, sed negligenter, vel cum murmuratione.

An quispiam cum suis Superioribus contendit, vel eis proterue responderit.

An aliquis in Prælatum suum temerè violentas manus iniecerit, vel cum iniuris affecerit.

An aliqui contra Prælatū suum, præsertim quando sunt corrigiendi, vel alios, conspirationes, aut cōcordiam malitiosam inire tentauerint, quique con spirationum istarum capita esse soleant, vel adhuc fint.

An aliquis sit, qui correctiones, & poenitentias ei à prælato impositas facere recusauerit.

An aliquis sine superioris licentia ē Monasterio exierit, & quando, an interdiu, vel noctu, & in quo habitu, ordinisnē, vel seculari.

An aliquis ex monasterio aufugerit.

An aliquis habitum ordinis temerè deposuerit, vel ex toto apostatauerit, vel in habitu profugus extiterit.

An aliquis sciat aliquem ex conuentualibus illius monasterii esse apostatam, vel profugum in districtu illius regionis.

An aliqui sint scandalosi & incorrigibiles.

An aliqui ita sint insolentes ac proterui, vt in illis nihil admonitio, aut correctio valeat.

An aliquis apud seculares accusauerit, vel depo fuerit aliquem ex confratribus, præsertim superiorēm.

An aliquis monasterio, vel alicui confratri enome crimen falso imposuerit.

An aliquis crimina quæcunque enormia suorum confratrum secularibus, vel aliis extra obedientia monastice.

monasterij, vel religionis reuelauerit.

An aliquis petulanter cum aliquo contenderit, vel rixas habuerit, præsertim in præsencia secularium.

An aliquis confratrum aliquem, aut alium op̄ probrio, vel iniuris affecerit, aut diffamauerit.

An aliquis verba, vel facta aliorum retulerit, vt discordias inter confratras seminaret.

An quis causas quæcierit, & orditus sit ad excitandos rumores.

An in monasterio aliquæ sint inimicitie, vel odia.

An aliquis durior sit ad reconciliationem cum confratre.

An quis sciat aliquem esse percussorem, vel faciem ad percutiendum, aut ad minitandum, aut ad injurias inferendas.

An quis percußerit aliquem præsertim lethali ter, vel grauiter.

An aliquis apud se, in cubiculo, vel alibi in monasterio, aut extra cuiuscumque generis arma habuerit, aut adhuc habeat, & qualia.

An aliquis mendacium de industria dixisse, maxime in re alicuius momenti, aut in damnum alterius deprehensus sit, aut etiam falsum testimonium.

An quis inuectus sit contra aliquem ex confratribus eo, quod ab eo fuerit de defectu admonitus ac deprehensus.

An quis alicui confratri præteritam culpam, pro qua satifecit, contumeliose obiecere.

An aliquis debitum honorem confratribus, præfert senioribus non præstiterit.

An aliquis literas suorum superiorum aperuerit, aut illas, vel sigilla falsificauerit, aut falsificatis scienter vsus sit, aut literas ipsas, ab aliis apertas, scienter legerit.

An aliquis Principum, aut aliorum secularium fauorem pro obtinendis dignitatibus, vel officijs religiosis quæsierit.

An aliquis procurauerit, vt ipse, vel alias, aut monasterium à potestate superioris ordinis, vel sui Praelatin eximeretur.

*De voto casti
arcis.*

Quoad votum castitatis unusquisque erit interrogandus, an aliquis sit, qui concubinat, vel fecundum habeat, & vbi eam retineat, vel qui minus castè signis, vel verbis, aut scriptis, seu factis quomodo cunque vixerit.

Item an aliquis filios suscepit, & quot, & vbi sunt.

An aliquis amicitiam habeat, vel familiaritatem cum muliere suspecta.

An aliquis domum mulieris male audientis, aut viri de honestate suspecti adierit, & cum quo.

An aliquis literas, vel munera misericordia mulieri sibi tangueat, aut affinitate non coniunctæ, vel ab aliqua similia acceperit præfertim sine superioris licentia.

An aliquis clam mulierem aliquam in monasterium introduxit, & quo tempore.

An aliquis etiam Prelatus mulierem, licet honestam, & magna conditionis etiam videndi dunt taxat gratia, intra monasterij septa ingredi permisit contra testem Bulle Pj V. quæ incipit, Regularium, publicata anno Domini 1566. die vero 24. Octobris, & Bullam Gregorii XII. quæ incipit, Vbi gratia, editæ Idib. Iunii anno Domini 1575.

An aliquis cum secularibus viris amicitiam habeat non honestam, vel minus familiarem.

Item an aliquis comatres, vel etiam compatres, habeat & quos, vel quas.

Quoad votum vero paupertatis, interrogandus etiam

*De voto pau-
pertatis,*

etiam erit unusquisque an aliquis huic voto contrauenerit: & primo, an aliquis bona immobilia, vel mobilia, veluti pecunias, aut cuiuscunque qualitatis fuerint, etiam quocummodo ab eis acquisita tanquam propria, aut etiam nomine conuentus penes eis, vel apud alias seculares, vel ecclesiasticos possideat, vel teneat, contra cap. 2. de regulari. & monilib. fest. 25. Concil. Trid.

Item an aliquis pecunias, vel quidpiam aliud clâ ab alio accepit, & ultra 24. horas retinuerit.

An sit aliquis, qui absque licentia ad beneplacatum tuum pecunias exponat, vel quidpiam aliud commuteret, aut mutuo, vel dono alteri det, & cui.

Similiter an aliquis pecunias sibi à superiore pro alquo suo vnu concessas, alteri dederit, & cui, & an cum licentia superioris, vel non, hoc fecerit.

An aliquis rem sibi collatam celauerit.

An aliquis fortunam commiserit.

An aliquis ex ornabibus ecclesiarum, vel sacrarii qualiaconque sint, præsumit aurum, argentum, lapides pretiosos, margaritas, vel alia huiusmodi surripuerit, vel alteri dederit, aut etiam aliquid in cubiculo suo habeat, quod ad ipsam ecclesiam, vel sarcinum spectet.

An aliquid de aliis monasteriis bonis, vel aliquius conuentualis clam surripuerit.

An aliquis Monasteri panem, vinum, ligna, tritum, vel id genusalia alienis etiam pauperibus sine Prelati licentia donarit.

An aliquis ex conuentualibus mercaturam quomodo cunque per se, vel per alium exercuerit, vel exerceat.

Item an aliquis ipsorum artem aliquam mechanicam questus gratia exercuerit.

Item, an aliquis sciat quompiam conuentualium esse

esse lusorem maximè aleg, vel cartarum, aut quomodo cunque, præfertim lucri causa.

Item an aliquis literas, vel munera alicui mittat, & cui, vel ab aliis accipiat, & à quibus sine Superioris licentia.

Examen circa
vit. m. & ad-
monitione
Prælati, &
bonis oth-
erium.

Sexto interrogandi sunt etiam circa vitam, mores, regularem obseruantiam, & diligentiam Prælati, & eius substituti, nec in aliorum inferiori officialium, atque in primis quomodo Prælatus ad illam peruererit dignitatem, per simoniannie, vel canonices deinde si prælatus est insulatus, queratur etiam de ipsis benedictione.

Item petatur, an zelum Dei, & animarum sibi commissarum salutem cordi habeat, sicut bonum decet pastorem.

An chorum die noctuq; nec non alia diuina, & conuentualia officia diligenter visitet, primus ne sit in ingressu, ac egressu ultimus; & quando in choro horis non interest Canonis, an extra chorum ipsas solus, vel cum socio recitet.

An singulis diebus, vel saltē frequenter Missam celebret, & quando est celebraturus, an sacramentaliter confiteatur, & cui; quando autem non celebrat, an semper sacram audiat.

An in solemnitatibus sibi præscriptis, ac solitis sumnum officium, & utrasque Veſperas personariter canter.

An regulam, & sanctiones ordinis, & monasterii diligenter obseruet, & à suis subditis custodiari faciat.

Quoties Prælatus præmissa exhortatione Capitulum culparum in mense habeat, iuxta constitutiones, seu statuta suę religionis, & an tunc conuentuales corrigat.

An Prælatus conuentuales transgredientes proculpæ

culpæ qualitate, ac secundum regularē obseruantiam puniat, atque ad votorum suorum aliorumque obligationum, maximè vero substantialium obseruationem cogat.

An personarū sit acceptator, vel omnibus equaliter se, vt patrem, exhibeat.

An Prælatus officia ex carnali affectu distribuat.

An Prælatus ordinariè in rectorio, cum aliis conuentualibus comedat, aut priuatim.

An vino nimis, vel crapulæ indulget, & ieuniam ordinis, quam præcepta ab Ecclesia seruet.

An ſepe hiant præfertim ex bonis monasterii conuiuia, & si quandoque inuitantur amici, vel benefactores monasterii, an hiant maiores expensas, quam deceat.

An ſepe conuentualium cameras, & alias officinas visitet, & uideat num necessitatibus conuentualium, præfertim infirmorum, prouideatur.

An conuentualibus de uestimentis, & aliis necessitatibus pro facultatibus monasterii secundum regulam, & statuta religionis propiciat.

An exteros religiosos ordinis sui inter conuentuales Monasterii ſuiciat sine literis testimonialibus, & obedientia suorum Superiorum.

An aliquando concedat alicui conuentuali facultatem extra monasterium pernoctandi.

An frequenter, & absque rationabili causa de monasterio exeat, vel vagetur, aut conuentuales ſepe exire permittat, præfertim ad conuiuia.

An prodigus sit, & bonorum monasterii dilapidator, vel bonus eorum conseruator.

An expensas superfluas, præfertim ex bonis monasterii fecerit.

An iter aliquod præfertim monasterii expensis, absq; ylla necessitate, & utilitate monasterii fecerit.

An aliquo prefecturus etiam pro necessitate monasterii, vel religionis iuperfluum ducat secum comitatum, & quantum.

An in monasterio secularcs personas non inferientes retineat, vel famulos habeat vestibus incisis, vel alias nimis sumptuosis incidentes.

An familiares suspectos, aut monasterio noxios, vel graues habeat, aut alat.

An ipse Praelatus, vel qualiscunque aliis habeat, praesertim intra septa monasterii, canes venatorios.

An de incontinentia sit quomodo cunque notatus, vel familiaritatem habeat suspectam cum aliqua muliere, vel alia persona, & qua.

An concubinā alicubi teneat, vel scortū habeat, vel habuerit, aut aliquando filios procreauerit.

An mulierem aliquam praeteritum suspectā, alat, vel sāpē conueniat.

An aliquando passus sit mulierem, vel mulieres septa monasterii ingredi contra tenorem bullarū Pii V. & Gregorii XIII. superioris citatarum.

An senioribus conuentualibus, quos vocant discretos, siue à consiliis visitatur Praelatus in rebus monasterii administrandis, vel non.

An in ingressu Praelaturę inventarium omnium rerum curauerit fieri, & ostendatur, & videatur quomodo omnia sint bene custodita.

An singulis mensibus, vel quotiens in anno ratiocinium acceptorum, & expositorum coram senioribus monasterii ipso praefente fiat, & in libro notetur.

An sigillum conuentus Praelatus sub sua habeat potestate, vel sub quorum cura, & quot clauibus custodiatur.

An monasterium debitiss grauauerit, usque alienum contraxerit.

An bona monasterij aliqua immobilia oppigne rauerit, vel pro aliquo alicui obligauerit, aut quomodo cunque alienauerit.

An bona aliqua mobilia alicuius momenti absq; consentu totius Capituli, neonon sine magna, & evidenti utilitate monasterij, sed solam gratiā alicuius alienauerit.

An vasa aurea, vel argentea veluti calices, monstrantias, ornamenta aliqua, aut huiusmodi alia ad ecclesiam, seu sacrarium, vel ad monasterium pertinentia vendiderit, fregerit, vel permutarit, etiam in utilitatem monasterii absque conseilu seniorū, & licentia Superioris in scriptis obtenta.

An Praelatus noua ædificia non necessaria absq; seniorum consilio, vel sui superioris extruxerit, aut ædificis picturas, vel alia ornamenta secularia adiunxerit, vel etiam ædificia commutavit.

An Praelatus fabricet monasterii, vel ecclesiæ, aut aliarum ædificia ad monasterium pertinentium, cū opus fuerit, prouiderit, praesertim in locis ruinatis minantibus.

An aliqua monasterii ædificia pro suo libitu abque patrum consilio, vel Superioris licentia destruxerit.

An alia virorum monasteria habeat suo incorporata, & virum illa sepe visiter, & ipsorum Conventus tales sub bona contineat obseruantia, & regulari disciplina, iuxta regulam, & constitutiones, atque statuta ipsorum.

An sanctimonialiū monasteria sub sua cura habeat, & quot, & cuius ordinis, & an eis bene praefit sanctimoniales sub obseruantia regularis disciplina continēdo secundum regulam, & sanctiones illarum & inuiolabili clatura, &c.

An Praelatus certam præterite visitationis diligenter

habeat, vel ipsorum sit dilapidator, & prodigus, e-
mendo monasterio non necessaria, neque utilia.

An suspectus sit de infidelitate administrationis.

An scribantur in registris monasterij omnes pecuniae tam reddituum ordinariorum, quam rerum quae venduntur.

An aliquis sciat eundem oeconomicum in emen-
dis rebus necessariis pro necessitate monasterij, vel
conuentualium, &c. plus in registris expensarum
scripsisse, quam expouserit.

An aliquis sciat ipsum oeconomicum aliquid, ve-
luti vinum, frumenta, vel quidpiam aliud monaste-
rij vendidisse, & pecunias huiusmodi acceptas, vel
alias in libro registrorum non annotatas, sed pro se
retinuisse.

An etiam aliquis sciat ipsum oeconomicum alias
pecunias, vel quidpiam aliud ex multis vasallorū,
vel aliorum subditorum, aut ex elemosynis accep-
tissse, & sibi usurparerit.

An pecunias alicui, praesertim extraneo dederit
mutuo absq; consensu Prælati, & seniorū à consilijs.

An pro aliquo apud seculares fidei iussionē præ-
fertim pro aliqua summa pecuniaria fecerit, maxi-
mē sine consensu Prælati, & Seniorum.

An per oeconomicum, vel quomodounque alicui
seculari sit concessa præbenda, hoc est sufficiatio
ad dies vita suæ, ut fit alicubi, cum non parua la-
etura monasteriorum.

An oeconomicus præter necessitatem negotiorū
monasterij sep̄ egrediatur, & per ciuitatem, aut op-
pidum, in quo est situ monasterii discurrat, & an
ades suspectas ingrediatur, & cū quo, vel quibus.

An aliquo equiter sine visitatione monasterij, sed
recreationis duntaxat gratia, sub praetextu tamē
officij sui.

An

An quando aliquo proficitur in negotijs mo-
nasterij superflua faciat expensas, & quot;ac quos.
secum ducat comites.

An adficia in monasterio, vel extra in posses-
sionibus monasterii, absque licentia Superioris, &
patrum à consilijs destruxerit, vel de novo erexerit.

An aliqua bona immobilia, vel mobilia præcio-
sa, aut alia alicuius momenti vendiderit, vel aliena-
rit sine consensu Prælati, & seniorū, atq; totius Capi-
tuli, & vbi oportebat sine auctoritate Apostolica.

An aliquid sibi usurparerit, aut cuiquam dono-
dederit, quod ei in inventarium fuerit configura-
tum, aut quomodoque ad monasterium spectet,
absque consensu Prælati, & patrum à consilijs.

An singulis mensibus, vel saltem singulis qua-
tuor anni temporibus, que Angariæ alicubi nunc
pantur, aut ad minus semel in anno oeconomicus
Prælato præsentibus senioribus monasterii accepti
& expositi rationem reddat. Quod etiam obserua-
dum est, circa alios minores officiales, qui pro suo-
rum officiorum necessitate pecunias a generali
oeconomico acceptas exponunt.

An res preciosæ monasterii, & pecuniae, si aliquæ
sunt, præter necessarium vium monasterii, conser-
ventur in aliquo loco tuto sub custodia diuerfarū
clauium, quas diuersi patres apud se conseruent.

Item vbi, & quomodo scripturæ censuum, alio-
rumque bonorum immobilium monasterii conser-
ventur.

Præterea sunt etiam singuli accurate interrogati
di circa diligentiam, & fidelitatem Sacrifice, quo-
modo sibi imposito satisfaciat officio, an diligens.
& fidelis sit, an exemplaris, vel scandalosus, misis,
vel rixosus, aut verbosus.

Item an bonam habeat curam calicū, corporis
M a r a l i u m,

ralium; & aliorum ornatuum tam ecclesie, quam factari, omnia munda, nitida, & bene clausa custodiendo, necnon ubi ac sub quorum custodia afferuentur, & quot clauibus claudantur, prae omnibus autem quomodo sacrosancta Eucharistia afferuntur, & ubi, & quoties mutetur, & an semper lumina coram ea ardeat.

Item quomodo portas ecclesie, & sacrarum clausas custodiat, & qua hora mane aperiantur, & quae vesperi claudantur, & apud quem noctu iplarum claves custodianter.

An ex ornatis Ecclesie, vel sacrarum aliquid surripuerit, veluti aurum, argentum, margaritas, lapides pretiosos, aut qualecum aliud, vel alteri dederit, aut etiam aliquid tale in suo cubiculo habeat.

An calices, cruces, imagines, aut vasa, vel alia ornamenta aurea, seu argentea, ad sacrarum, vel ecclesiarum pertinentia vendiderit, fregerit, vel permutarit, etiam in utilitatem ecclesie, vel sacrarum absq[ue] expressa Superioris licentia in scriptis obtenta.

Item an candelas, aut ceram, vel oleum, aut quidpiam aliud clam vendiderit, & pecunias sibi usurpauerit.

Item an scribat, & notes omnes pecunias, quae datur pro eleemosynis Missarum, aut alias denotionis gratia, vel in capsam clausam ad id dispositam reponat, ut multis in locis sit.

Sunt quoque singuli examinandi circa diligentiam & fidelitatem etiam aliorum officialium scilicet Ianitoris, Refectorarii, Cellariorum, praesertim culinariorum, & dispensatoris, hospitarii, necnon & singulorum aliorum si qui sunt, quomodo unusquisque ipsorum sit in suo officio diligens, sollicitus, charitatus, prouidus, discretus, & fidelis.

Circa alios
officiales in-
feriores.

In

In primis unusquisque examinetur, an in praeceptis officiis religiosis habeantur inferuentes, vel seculares praesertim in administrandis iuctu, & potu, aliisque rebus necessariis.

Item an quispiam officialium aliquid vendiderit, vel commutauerit, ad suum pertinens officium abique licentia, & consensu Prae lati, & si quid vendiderit, quid de pecuniis fecerit.

An recipientes qualecunque eleemosynas eas in suis notent registris, rationemque reddant, vel eas sibi referuent, aureas pro libitu suo exponant.

Vitimo peracto examine singulorum tam officialium, quam aliorum conuentualium examinetur etiam ipse Praelatus, necnon & ipsius substitutus, vt sequitur.

In primis interrogandus est, an aliquis fuerit, vel sit, qui correctiones non curauerit, vel poenitentias ei iniunctas contempserit, & facere recusauerit, vel alias obedire contempserit, aut incorrigibilis, vel contumax extiterit.

Item an teditiosi, vel tumultuosi, aut conspiratores contra personam suam, aut alterius in monasterio fuerint, aut sint.

Item an aliqui sint scandalosi publici, vel qui poenitentias paruisfiant in malo persistentes.

Item an aliqui sint de scandalo suspecti, vel sciat quidpiam aliud animaduersione digorum, cui ipse occurrere de facili non valeat.

Item an mutua concordia, & pax sit inter omnes conuentuales, & nulla inter ipsos sint inimicitiae, vel odia, aut rixæ.

Item an communiter praeceteris tria obseruantur vota, & alia religionis effectiva.

Item examinetur etiam circa huius generis alia, prout ex regula, & constitutionibus ordinis.

Examen Pre-
lati, & eius
substituti cir-
cumstanciam re-
guarem con-
uenientiam.

necnon & ex habita visitatione cognoverit fore necessarium.

QVAE POST OMNIVM CONVENTUALium examen à Visitatore agenda sunt.

T I T U L U S XVIII.

Quid agendum
cum delinquē-
tibus.



M N I V M conuentualium examini integrè finito, Visitator excessus singulorum etiam Prælati in visitatione depositos colligat, nominiibus debinquentium adiungit, ut vnumquemque in capitulo de more culpam dicentem, de publicis eius defectibus, excessibusq; admonere, & reprehendere possit. Quod si aliquod occurret graue delictum, quod sine animaduersione præteriri posse non videatur, delinquens erit à Visitatore vocandus, ac diligenter de excessu contra ipsum deposito admonendus, & severius increpandus, et in praesentia (si ita videbitur) patrum à consilio, & aliquorum de ipsis Visitatoris familia, prout rei enormitas postulabit, necnon pro qualitate criminis debite puniendus. At si accusatus factum constanter negauerit, tunc deponentiū dicta, ac testimonia, si quæ erunt, exactius considerentur, ac maturo iudicio ponderentur, & si reuera fuerit conuictus acerius, ac durius, quam in spontanea confessione factum esset, puniatur. Si vero innocentiam suā probauerit, iustificetur de falsitate criminis obiecti, & qui contra eum falsum deposuerunt, ac testes fuerunt, ea poena afficiantur, quā accusatus incorrisset, si fuisset conuictus. Quæ sane omnia prudenter, & cum charitate agantur, ne cui iniuria fiat, vel tumultus inter conuentuales oriatur, aut maius inde generetur scandalum.

Quod

Quod si contra aliquem ex Senioribus patribus vel officiis, presertim Prælatum ipsum, aut eius substitutum aliquid tale deponeretur, maior erit habenda consideratio, nec cuique accusanti fides leuiter adhibenda, nam cum Prælati omnibus placeat non possint eo, quod ex officio teneantur subditos non solum increpare, sed etiam re ita exigente duriusculè tractare, & punire, frequenter multorum odium incurrit, insidiasque patiuntur; unde recte ait Canon. Prælatos quā signum ad sagittam esse possitos. Atque ob id Sancti Patres prouiderat, ut accusatio contra Prælatos non faciliè admittatur, ne coccus columnis corruat, adiungit: & ut diligens adhibeat cautela, qua non solum fallat, sed etiam maligna criminationi ianua præcludatur; id quod Visitatoris prudentia ac iudicio diligentissime expedendum relinquitur.

Postea debet Visitator conuocare Prælatū, eiusq; substitutum, atque economum, & alios officiales publicos, nec non Seniores, qui à consilio, seu patres discreti nominantur, & regista bonorum immobilium, centuum, omniumq; monasterii reddituum ab eis petere, que vna cum Notario, & aliis de ipsis Visitatoris familia primariis diligenter videat, euoluat, & consideret, & primo quod, & quia bona immobilia habeat monasterium, & vbi item quod ac quales centus: deinde quantum annuatim ex omnibus monasterii prouentibus in pecunia, frumento, vino, ac similibus colligi, & quam ram pecunia summae eorum, omnium aestimatio attingere possit. Item an omnia singulis annis colligant, vel alicubi difficultatem in exigendo quodque patientur, & vbi. Item an etiam elemosinas percipiunt ordinarias, vel extraordinarias, & quante esse possint ordinariae.

Registra bonorum prouentuum, & elemosynarum ex examinata.

Presentes an
mū confide-
rentur, & p
frerum solle-
tac. one suffi-
ciant, vel nō.
Item an huiusmodi prouentus annui cū eleemosynis cōluerit, vel eleemosynę ipse, vbi aliū prouentus non sunt, pro necessitate monasterii sufficiant, vel plures religiosi in monasterio sustentātur, quām prouentus, aut eleemosynę consuetę patientur. nā iuxta Concilium Trid. sess. 25. c. 3. de reg. & monial. In monasteriis, & domibus tam virorum, quām mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constituantur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus propriis monasteri, vel ex consuetis eleemosynis cōmodē possit sustentari. Et si constabit prouentus, & eleemosynas huiusmodi non sufficere, ad sustentationem omnium, Visitator ita minuēre debet numerum, vt ei prouentus, siue eleemosynæ confuse respondere possint, reliquos ad alia eiusdem ordinis monasteria mittendo, quousque monasterio tantum acquiratur, vt plures sustentari queant.

In simili inquirendum est, an monasterium etiam habeat alienum, & quomodo, in eundemque erit ratio, quā debita huiusmodi absque detrimento bonorum monasterii possint dissoluī, & si nulla melior occurret, numerus conuentualium minuatur, vt supra, ita vt ex propriis redditibus singulis annis aliquid solvatur, donec monasterium debitum integrē liberetur, quo facto pristinus conuentualium numerus restituatur.

Intelligat etiam Visitator, an coeconomus (emel in mensis, vel saltem in angaria administrationis sua) rationem Prælato corā senioribus reddiderit, ac quomodo & an registra existant cum subscriptione, & approbatione Prælati, ac seniorum. Id est etiam fiat quoad alias officiales pecuniam expONENTES. Post hęc Visitator faciat generale ratiocinii, incipiendo à tempore ultimę visitationis, ac

manus

manus suę approbationem, vbi pfecterit, subiicit

Deinde cartam visitationis componat, cui inseruntur omnes ordinationes, ac mandata, quae tam à Prælato, quām ab aliis officialibus, & vniuersis conuentualibus, iuxta regulę, & constitutionum suarum præscriptum obseruari debent, maximè circa ea, in quibus haec tenus defecerunt; & ad finē adiungatur, quoties in anno huiusmodi carta conuentualibus in Capitulo, vel refectorio sit prelegenda, quam postea in fine Capituli, quod extremo loco haberi solet, Prælato, & conuentualib. p̄senteret, adhibita breui exhortatione, ac prælegi publicè faciat.

Postremo Visitator iubeat omnes conuentuales ad signum campanulae in loco capitulari congregari, quibus in locis suis fedentibus dicat Visitator iuxta consuetudinem religiosotum (Benedicite) & postquam conuentuales respōderint (Dominus)

Visitator prosequatur preces in Capitulis religiosi, ut recitat solitas, quas superius notaimus. Quidam finitis aliquam subiungat exhortationem, in qua primum generalia in visitatione reperta, quę emendationem requirunt, proponat, cum omni charitate ac manuetudine conuentuales in communione admonendo, reprehendendo, & ad emendationem inducendo. Deinde veniat ad singulorum conuentualium excessus publicos, ac notorios in visitatione repertos, quos iam notatos secum habere debet, vt viuāque de propriis defectibus arguere, & corrigerē possit: cuicunque enim pro culpa rū discrimine ac qualitate penitentia salutaris est impotesta, nisi fortè aliquis ob criminis enormitatem gravius venerit punitendus, quia tunc extra Capitulum, vt luperius dictū est, vel per Visitatorē ipsum, aut eo ita iubente, per Prælatū id fieri potest, atq; in primis accessat ante se ad locum solitum

Quae ad finē visitationis circa dñeū cor rectiōnē abhortatiōnē publicam cōfessionem abolutionē ac benedictiōnē præstantia sit.

(quem Benedictinus ordo mattam vocat) nouitios omnes simul, eosque de negligentiā, & parvo profectū in regulari disciplina hactenus factō, increpatos, & ad maiorem in posterum, sollicitudinem animatos ex loco capitolari ad ecclesiam, ad orandum, salutari aliquā eis impositā pénitētia dimittat, ne professorū excessus audientes, scādālizētur.

Quibus egreſis ad mattam, vocet seorsum omnes professos, seruato cuiusque profesionis loco, & ordine, & primum conuersos, si qui aderunt, deinde clericos iuniores, postea subdiaconos, diaconos, & sacerdotes usque ad prælatum, inclusuē.

Quilibet autem cōuentualium cum ad mattam peruererit, inclinet se modicē ante Visitatorem, & dicat, (vt moris est in ordine), culpan, tuorum defectuum, quem Visitator, de excessibus notorioris in Visitatione repertis increper, interimque ipse in terram prostratus iaceat, ac sileat, quouique fuerit iussus surgere.

Post cōuentuales omnes, vocandus ultimus est ad mattam Prælatus, siue sit Abbas, seu Prior, aut quomodo cumque alter nuncupetur, qui similiiter suam dicere debet culpam, & à Visitatore (modestè tamen) admoneri atq; increpari: nā Prælatorū culpe publice sunt breuiter dicēdē, ac tñ leuiores, ne infirmioribus occasio detur contemptus & scandali: priuatum tamen, vel præsentibus aliquot ex patribus senioribus poterit. Prælatus de omnibus excessibus paruis ac magnis diligenter à Visitatore admoneri, increpari, & pro rei exigentia puniri. Quo autem tempore Prælatus ad mattam accedit, & ibi coram Visitatore stat, ceteri cōuentuales omnes ob reverentiam Prælati, lugere ac stare debet audiis capitibus, donec ipse Prælatus iterum ad suum locum redire, ac federe iussus fuerit.

Culpis

Culpis conuentualium omnium etiam Prælati expeditis, iubeat Visitator nouitios iterum vocari, & introre (si ita videbitur expedire) vt relique exhortationis, absolutioni, ac benedictioni intereffe possint: nam post culpas, debet Visitator cōspicam prius exhortationem prosequi, & ad finem declarare, quo paēto, defectus reperti in visitatione sicut regula, & constitutionibus ipsorum contraria, & quam ipsi sint obstricti ad regularis instituti ac disciplina obseruantiam: nihilque aliud iam restare, quam vt defectus huiusmodi reuera emendentur, & omnia in posterum ad regulæ, ac reliqui instituti præscriptum fiant. Id quod vt diligentius, & efficacius præstari posit, dicat Visitator se cartam visitationis condidisse, & in manib; Prælati relinquare, semel ad minus in aëgaria publice in Capitulo, vel refectorio prælegendam, atq; ad defectuum repertorum exterminationem ab omnib; obseruandam, quam propterea legi alta voce iubeat, ac deinde ad manus Prælati tradat.

Postea eos admoneat, ut iuxta obligationem, quam habent, in eorum taciturnus, ac precibus suis tant priuatis, quam publicis assiduam faciant memoriam pro summo Pontifice Romano, & omnibus Catholice Ecclesiæ Prælatis, præsertim Episcopis, populi ciuitatis, vel diocesis, & ordinis superiorum, necnon Imperatore, Regibus, & Principibus secularibus catholicis uiuentibus, pro eis maxime, in quorum ditione situm est monasterium. Itē pro animabus fundatorum ac benefactorum monasterij, necnon omniū ueriusque status Ecclesiastici, & secularis Christifidelium tam uiuorum, quam in Domino defunctorum, præsertim quorum corpora in monasteri Ecclesia, uel coemeterio iudecepta

His completis Visitator iubeat conuentuales omnes flexis genibus dicere, Confiteor, &c. quod finito, Visitator stans subiungat.

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis vestris, perducat vos in vitam eternam: Amen. Indulgentiam absolutionem, & remissionem omnium peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Et ego auctoritate S. D. N. (si est Visitator Apostolicus) vel si non, ordinaria qua fungor, quantum mihi de iure, & vobis ex privilegiis Apostolicis conceditur, absoluo vos ab omni vinculo ex communicationis, suspensionis, & interdicti, si quod incurritis, ut scitis absoluti hic, & ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, habeatisque vitam eternam, & viuatis in secula seculorum. Amen. Infuper etiam eadem auctoritate dispenso vobiscum super irregularitate, siue irregularitatibus, si quā, vel si quas contraxisisti, & habilito vos executioni ordinum & officiorum vestrorum. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Deinde Visitator ita benedicat eis, Benedicatio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Post benedictionem, Vale, dicat, & eos in pace relinquit, & discedens iuxta morem dicat.

Aditorium nostrum in nomine Domini.

Et conuentuales respondeant.

Qui fecit celum & terram.

Iam sequitur, ut ad moniales transeamus, circa quas cum preter examen singulare, quedam alia generalia super inspectionē clausuræ, & omnium locorum monasterii consideranda veniant, de his prius agemus, deinde formalam examinam trahemus.

nastrorum Monialium.

TITVLVS XIX.



IC ET superius, vbi de modo visitandi vtriusque sexus monasteria egimus, etiam Sanctimoniales complexi simus, quæ Visitatori maxime cordi esse debent; cum tandem quedam sint eis propria, praeter rem nos facturos non arbitramur, si hoc loco ea, quæ peculiariter ad Sanctimoniales spectant, breuiter tractemus.

In primis debet Visitator conuocare Prelatam monasterij, cum Senioribus monialibus ad rotam, vel fenestram collocutorij, eisque indicare (si id literis, aut internuncio factum ante non sit) se visitandi causa eò venisse; quod si Visitator non fuerit ordinarius, sed alius delegatus proferat patentes literas commissionis sua, & legi faciat.

Secundo Moniales omnes campanula signo in chorūm à Prælata cōgregentur, posteaq; statim iubeat Visitator monasterij ianuam aperiri, atq; (iuxta bullā D. Gregorij Papæ XII L anno 1511. die 23. Decembris, Pontificatus sui anno X. editam, quæ incipit, Dubijs) paucis, ijsque senioribus, ac religio sis comitatus ingrediatur.

Tertiò intra clausurā ingressus, recto tramite ad chorūm vbi moniales congregatæ sunt, eat, & ibi posteaquam ante summū altare flexis genibus oraverit, per Prælatam moniales omnes aduocet ad se ibidem, aut ad locū capitularem si quem habent perfulgam, quibus congregatis dicat, Benedicite, & eis

Ante visitationis inchitationem quæ visitator ageat oporteat cum monialibus.

eis respondentibus, Dominus: prosequatur omnes in du
preces in huiusmodi capitulis diez solitas, quas fu-
do vñ
pra annotauimus. Quibus absolutis, si non est Vi-
tand
sitor Ordinarius, sed delegatus, rursus patentes vir-
literas commissionis suæ exhibeat, & alta uoce le-
gi faciat, posteaque exhortationem de uisitatione natu-
rū
habeat, in cuius epilogo & conclusione dicat, se
propterea eo-uenisse, ut monasterium paternè uisit-
et, eius necessitatibus prouideat, disciplinam re-
gularem, si qua in re à uera via declinarit, in pri-
stimum restituat, & alia omnia præfert, quæ in uisita-
tibus monialium monasteriis fieri solet. Cumque
Visitator monasterii statutum, qui est, ac rerum ne-
cessitatem eernere, & assiqui non possit, nisi à mo-
nialibus ipsiis preiù examine fiat certior, manda-
re eis debet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœ-
na excommunicationis, &c. vt superius post pre-
ces in capitulis dicendas notatum est, vt ipsam ve-
ritatem eorum omnium super quibus fuerint sin-
gulæ interrogatæ aperire velint, iuxta conscientiæ
integritatem. Deinde dicat Visitator, Aduitorium
nostrum in nomine Domini. Et moniales respon-
deant. Qui fecit cœlum & terram.

Posthac Visitator apparatus iubeat sanctimo-
niales processionaliter cemiterium, seu sepulturas
monialium defunctarum visitare, & ipse sequens
cum suis vñat, adhibitis solitis responsoriis, ver-
siculis, & collectis, superius ex Pontificali annota-
tis, iuxta ea, quæ in tit. de visitatione ecclesiæ, & sa-
craij in monasterio facienda sunt præscripta.

Quarto Visitator cum suis, & senioribus monia-
libus, relictis alijs, quæ ad suas cellas, vel alia cōsue-
ta loca se recipere poterunt, chorūm monialium, &
omnes reliquæ partes monasterij, vt sequitur, visi-
tare debet: & primo videat, an in choro, aut alibi
intra

Chor., & Ec-
cœliæ off. gæs
in pœst. u.

intra monasterij septa afferuetur venerabile Sacra-
mentum Eucharistie; quia sancta Synodus Tridentina decreuit, vt non intra chorū, vel monasterij
lepta, sed in publica ecclesia conseruetur, non ob-
stante quoconque indulto, vel priuilegio. Deinde
consideretur tabernaculum, in quo reponitur, an
sit huiusmodi, quale nos supra diximus, & quot ad-
sist particulae, ac quotiens in mense mutentur, & p-
quæ, nūq; interdiu ac noctu lumen coram eo ardeat.

Item inspiciatur sacrum oleum infirmorum vbi seruetur, an eo anno fuerit uatum, & quotannis mutetur, vel eri combusto, seruari autem non debet in eodem loco cum sacrostante Eucharistia iux-
ta ea, quæ superius docuimus.

Perlustrentur etiam chorus monialium, altaria,
calices, corporalia, mappe, antependia, paramen-
ta quæcunque, necnon missalia, libri chorales, &
eccl. & facra id genus alia, iuxta ea, quæ supra tradidimus.
Item consideretur, quām diligentissimè feneſtel-
la, per quam sanctissimum Christi corpus moniali-
bus tempore cōmunionis à sacerdote porrigitur,
quæ lata sit vno palmo, & alta ſequaletero, an ex-
tra communionis tempus bene clausa retineatur,
& clavis apud Prælatam quoconque titulo appelle-
tur, custodiatur.

Perlustretur etiam cōfessionale monialiū, quod alibi ad ecclesiæ parietem, vel iuxta monasterij communitatem alibi ad murum clausuræ accomo-
datur cum feneſtella ad summum duorum palmo-
rum in altitudine, & in latitudine vnius cum dimi-
dio ferreis munita cancellis, & lamina ærea perfo-
rata, quam ipterius aliquod velamen nigrū tegit,
ne moniales confessiones facientes conficiā con-
fessario queant.

Quinto diligenter inspiciatur tota monasterij
clausura,

Sacrosancta
Eucharistie
vifratio.

Sacri olei in-
firmorum in-
spedio.

Calicis alia
rum sacrarum
remuntria
specchio.

Feneſtelle & cō-
munionis in-
spedio.

Confessa-
tio nis visitatio.

Visitatio elia-
ulæ totius
monasterij.

clausura, an circumcirca eam talē habeat altitudinem, vt nemo concendere possit, & an muri clausa rē sint firmi, securi, ac bene muniti.

Item an alicubi sint fenestrę, per quas moniales possint extraneos conspicere, quę muro obstrui omnino debent quātumuis munire, maxime si inde commoditatē habeant cum illis loquendi.

Inspiciantur etiam rotę, an quę sint superuacanze: debent enim non necessarię obstrui, & necessarię, an sint firmæ ac securę, ita vt loco moueri non possint, nec quis per eam tranfire.

Itē an collocutorij fenestrę sint duplicatis cancellis ferreis septę, ita vt per eas nullū extare queat periculum, & an interius habeant valvas sera clausas, quarum claves Prælata apud se retineat, nec aperiri sinat, nisi exigente necessitate.

Præterea perlustrantur, & exactè considerentur ianuę clausurę, an aliquę sint superflue, quę obstruantur muro, & satis sit, si duæ tantum vbi necf sitas postulat, remaneat altera pro vnu quotidiano, quę plerunque constituitur prope Ecclesiam, & altera extra ordinem & communem vnum ad intromittendos curus, vel equos, vino, frumentis, lignisque onustos, & alia id genus onera importanda, quę per ianuam ordinariam non facile, nec ita decenter admitti possunt, sed vbi vnicā sufficere potest, ea sola relinquatur.

Item si quę alia ianua extabit, ex choro monialium, vel monasterio ad Ecclesiam, quę etiam extraneis patet, veluti ad audienda sacra, muro prorsus obstruantur, iuxta D. Greg. Papę XIII. constitutionem, quę incipit, Deo sacris Virginis, editam anno Domini 1572. tertio Kal. Ianuarij Pont. vero sui anno primo.

Sexto visitandum est dormitorium, & videndū an om-

Rotarum inspec-
cio.

Collucutorij
perlustratio.

Ianuarii clau-
sūs inspec-
cio.

Dormitorij
& aliorū locorum inspec-
cio.

an omnes Moniales in eo, aut alibi in peculiaribus sociis cubent, necnon an quęque suam habeat cellam, aut vero omnes in uno loco peculiaribus tamē lectis dormiant, inspiciantur etiam lectisterna, an secundum regulas, & statuta ordinis sint, vt supra dictum est de viris regularibus.

Sunt quoque residendi cuiusque Monialis libri, & si qui prohibiti, vel minus honesti, aut alias suspe-
cti reperiuntur, auferri debent, id quod etiam ter-
uetur in imaginibus.

Posthęc inspiciantur officinę, veluti operato-
rium, vbi Moniales se in manuali opere exercēt, refe-
ctorium, culina, cella vinaria, infirmaria, lauato-
rium, & similes, si quę aliae sunt.

Perlustrantur etiam omnia tam Ecclesię, quam
monasterij edificia, structurę, & tecta, & si qua re
indiguerint, fiat mandatum, vt iuxta necessitatem
provideatur.

His ita completis, Visitator egreditur cum suis extra clausuram, & Ecclesiam, quę etiam seculari-
bus pater, collocutoria, confessarij, lacellorum,
ac famulorū virtusque sexus habitationes, & clau-
surę septę circumquaque diligenter visiter, inspi-
ciat, consideret, & circumeat minute indagando,
an aliquid sit contra clausurę securitatem, maxime
circa rotas, fenestrę colloquiorum, & muros ip-
pos clausura. Ecclesia autem visitetur iuxta ea quę
superius in visitatione Ecclesię & Sacrarij in Mona-
sterio facienda montinus.

Postquę omnia inchoet Visitator examen sin-
gularium, Monialium, & incipiendo ab infima pro-
gredia: ut usque ad Prælatam inclusiū, habeatque
prius ante se annotata Monialium nomina & cogno-
mina. Hoc examen vero fieri debet non intra clau-
suram, sed ad fenestram aliquam veluti confessio-

Liberū mo-
nialium vi-
satio.

Officinatum
inspec-
cio.

Edificiorū cō-
federatio.

Vbi fiat ex-
amen singula-
rum mona-
lium,

nalis, aut communionis, vel alicuius secreti collo-
cutorij. Imò maxime cōuenier, vt ad eam fiat, quæ
pro electione Praelatæ in vsu esse solet; de qua ita
tradit Concil. Trident. Is qui electioni p̄fess Episcopus,
sive alius superior claustra Monasterij non
ingrediarunt, sed ante cancellorum fenestellam vo-
ta singula um audiat, vel excipiat. In faciendo au-
tem examine seruetur sequens formula, ijs etiam
confideratis, quæ supra in communī de vtriusque
sexus religiosis notauiimus.

MODVS SPECIALIS ET COPIOSVS examinandi Moniales.

TITVLVS XX.

N in examine Monialium debitus
ordo seruetur, sic procedatur: pri-
mò interrogentur circa vitam, &
profectum proprium cuiusque se-
cundo de cultu diuino, confesio-
ne, & sacra communione: tertio
de fidei catholicae conseruatione;
quarto de communib⁹ ad institutum ipsarum regu-
lare pertinentibus: quinto de diligentia Praela-
tæ, & aliarum officia gerentium: sexto de votis, eo-
rumque obseruatione: vltimo examinantur Praela-
tæ, & eius substituta circa mores Monialium.

Examen cir-
ca vitam, &
profectum cu-
mque.

In primis interroganda vnaquaque de nomine
suo, familia, parentibus ac patria.

Item an sic professa ac quamdiu, & an professio-
nem fecerit post integrum annum à susceptione
habitū, quem annum probationis vocant, & com-
pletō, iuxta sacri Concil. Trid. decretum, sexto de-
cimo ætatis suæ anno, vel ante, & quomodo, an
solemniter, vel tacite.

Item

Seſſ. 1;
ca. 7. d.
reg. &
mon.

Seſſ. 2. 5
c. 18. d
res nouitios,
regu & dum admittant,
mon.

Seſſ. 2. 5
c. 2. 6. d
tina subiicit omnes, & singulas personas, cuiuscun-
que qualitatibus, vel conditionis fuerint, tam cleri-
cos, quam laicos seculares, vel regulares, atque
etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocun-
que coegerint aliquam Virginem, vel viduam, auc-
aliam quancunque mulierem inuitam, præterquā
in casibus à iure expressis, ad ingrediendum mo-
nasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscun-
que religionis, vel ad emittendam professionem,
quique consilium, auxilium, vel fauorem dede-
runt, quique scientes eam non sponte ingredi mo-
nasterium, an habitum suscipere, aur professionē
emittere, quoquomodo eidē actui, vel presentiā,
vel contentum, vel auctoritatē interpoluerint.
Simili quoque anathemati subiicit eos, qui sancta-
rum virginum, vel aliarum mulierum voluntatem
vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo
sine iusta causa impediuerint. Eaque omnia & sia-
guia, quæ ante professionem, vel in ipsa profesio-
ne fieri oportet, seruentur, non solum in monaste-
riis subiectis Episcopo, sed & in alijs quibuscumq;

Item quando ordinis habitum induit, an fuerit
maior annis duodecim, iuxta cap. 17. decret. de re-
gul. & monial. ſeff. 2. 5. Conc. Trid.

Item si professa non est, quamdiu sit in habitu
ordinis. Quod si probationis annum & ætatis de-
cimum sextum compleuerit, quærendum cur tem-
pore debito professionem non emiserit. Nam fini
to tempore nouitatus, inquit Concil. Trid. Superio-
res nouitios, quos habiles inuenient, ad profisen-
tia & dum admittant, aut ē monasterio eos ejciant.

Item an sponte, Deo inspirante, vel ab aliquo
persuasa, aut vi, vel minis, seu pollicitationibus in-
ducta, habitum ordinis induerit, vel professionem
emise, it. Nam anathemati sancta Synodus Tridentina
subiicit omnes, & singulas personas, cuiuscun-
que qualitatibus, vel conditionis fuerint, tam cleri-
cos, quam laicos seculares, vel regulares, atque
etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocun-
que coegerint aliquam Virginem, vel viduam, auc-
aliam quancunque mulierem inuitam, præterquā
in casibus à iure expressis, ad ingrediendum mo-
nasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscun-
que religionis, vel ad emittendam professionem,
quique consilium, auxilium, vel fauorem dede-
runt, quique scientes eam non sponte ingredi mo-
nasterium, an habitum suscipere, aur professionē
emittere, quoquomodo eidē actui, vel presentiā,
vel contentum, vel auctoritatē interpoluerint.
Simili quoque anathemati subiicit eos, qui sancta-
rum virginum, vel aliarum mulierum voluntatem
vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo
sine iusta causa impediuerint. Eaque omnia & sia-
guia, quæ ante professionem, vel in ipsa profesio-
ne fieri oportet, seruentur, non solum in monaste-
riis subiectis Episcopo, sed & in alijs quibuscumq;

N a Ab his

Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ pœnitentes, aut convertitæ appellantur, in quibus constitutiones earum seruentur.

Interroganda etiam erit, an vno mense ante professionem fuerit ab Episcopo, vel eius Vicario, aut alio ab Episcopo ad id deputato diligenter de animi sui voluntate examinata, iuxta fac. Cōc. Trid. Seſſ. 11
c. 17. & mon. constitutionem, vbi ita scriptū est; Libertati professionis virginum Deo dicandarum prospiciens sancta Synodus statuit, atque decreuit, vt puella, quæ habitum regularē suscipere voluerit, maior daodecim annis sit, non ante eum suscipiat, nec polteat ipsa, vel alia professionem emitat, quam plorauerit Episcopus, vel eo absente, aut impedito, eius Vicario, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat. Et si voluntas eius pia ac libera cognita fuerit, habueritq; conditiones requisitas iuxta monasterij illius, & ordinis regulam, necnon monasterium fuerit idoneū libere ei profiteri liceat. Cuius professionis tēpus, ne Episcopus ignoret, teneatur Praefecta monasterio eum ante mensem certiorem facere, quod si Praefecta certiorem Episcopum non fecerit, quamdiu Episcopo uidebitur ab officio suspensa sit.

Quoniam vero magis refert, vt virgines monasteria ingressuræ ante habitus susceptione, & probationis initium examinetur ab Episcopo, aut eius nomine ab aliquo alio, liberius enim ante quæ sit animi sententia, & verius aperint, honestusque abstinent ab ingressu, quam post, quod tunc properetur futuram iam induit habitus depositionem pudore, ac verecundia retinentur, & tum consanguineorum, tum etiā monialium persuasione quādoque adducuntur, vt propriā voluntatē cogant, nec,

nec, vt res est, ipsam animi affectionem manendi, vel abeundi aperiant, propterea virgines huiusmodi merito debent iam bis examinari de suscepto regularis vitæ proposito, semel ante habitus susceptionem, vt eo liberius, & audentius intentionem suam exprimant, ne forte parentum, aut aliorū persuasione, aut minis ad religionem intuitę pertrahantur, & semel ante professionem, vt superius dictum est: potest n. accidere, vt in probatione propositum, quod antea induendi habitum sponte susceperant, rei difficultate, aut aliqua alia de causa mutarint. Quare non solū interroganda erit, an ante professionem, sed etiam ante habitus susceptionem fuerit ab Episcopo, aut alio ab eo deputato circa huiusmodi religionis propositū examinata.

Item an ante professionem præter viatum ac veſtitum aliiquid in monasterium attulerit, vel eius parentes, aut consanguinei dederint, quia id effectum contraria fac. Concil. Trid. constitutionem, vbi ita determinatum est: Sed neq; ante professionem, excepto viam, & vestitu nouitij, vel nouitiae illius temporis, quo in probatione est, quocunque prætextu à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius monasterio aliiquid ex bonis eiusdem tribuatur, ne hac occasione discedere nequeat, quod totā, vel maiorem partē substantia sua monasterii possideat, ne facile, si discesserit, id recuperare possit, quin potius præcipit sancta Synodus sub anathematis pena danubis & recipiuntibus, ne hoc villo modo fiat, & vt abeuntibus ante professionē oīa restituatur, quæ iua erant, quod vt recte fiat. Episcopus etiam per centuras ecclesiasticas, si opus fuerit cōpellat.

Item an aliqua tempore anni probationis fecerit renunciationem, aut obligationem, & quomodo, qua in re obserueretur decretum Cōc. Trid.

dent. seff. 25. cap. 16. de regul. & mon. superius a legatum.

Item an aliqua sit, quæ sub prætextu, quod per vim, & metum habitum induerit religionis, aut ante statem debitam fecerit professionem, vel alio simili tentauerit se ab obligatione ordinis eximerre, contra quam procedatur, ut à Sacro sancto Trident. Concil. seff. 25. c. 19. de regul. & monial. sanctum est, & superius traditum.

Item quid & quantum post professionem nomine dotis monasterio pro ipsa datum sit, & quot;ac quæ vestimenta, quamque supellecstilem secum attulerit.

Item an à monasterio habeat sufficientem viettū, atque amictū, & in infirmitate omnia necessaria, præsertim medicinalia, & Medicos.

Item si est nouitia, an habeat magistrum morū, à qua vñā cum aliis nouitiis ac iunioribus in regula, & constitutionibus ordinis, ac monasterii, & bonis moribus instituatur, & quæ sit.

Item an cum aliis monialibus semper confiteatur & communicet.

Item interrogetur, an conuersa sit, vel choralis. Et si conuersa, an memorie teneat orationem Dominicam, Angelicam salutationem, Symbolū Apostolicum, & decem præcepta Decalogi, & an sciat quoties orationem Dominicam, & Angelicam salutationem recitare teneatur pro matutino, quoties pro singulis horis tam de tempore, quam de B. Virgine, ac quoties pro officio defunctorum, & aliis diuinis, quæ in choro persolui solent; & an huiusmodi obligationi diligenter satisfaciat.

Item an quotidie, præteritum festiuis diebus, sacram vñā cum aliis audiat.

Item an diebus ad minus festiuis surget ad matutinum

tutinum cum aliis conuerfis.

Item quæ sciat exercere opera manualia.

Item an aliquod & quale habeat officium sibi ab obedientia impositum, & quomodo in eo monialibus satisfaciat, & an ab eis, & à quibus circa illud aggrauetur.

Item examinetur de aliis conuerfis quodnam vnaquaque gerat officium, & quomodo in eo satisfaciat.

Si vero sit choralis, interrogâda, an in professione, vel post professionem receperit velum.

Item an ultra orationem Dominicam, Angelicam salutationem, Symbolum Apostolicum, ac decem Decalogi præcepta, sciat non solū recitare cursum B. Virginis, officium defunctorum, Psalms graduales, ac septem pœnitentiales, sed etiam regere ac dicere horas canonicas.

Item an sciat in choro canere, & vnde didicerit.

Item an vñā cum aliis iunioribus sit sub vna magistra, & quæ sit, & an ab ea diligenter doceantur, & in pietate, regulari disciplina, constitutionibus ordinis, ac monasterii, & horarum, ac diuinorum officiorum ratione bene informentur.

Item an sciat scribere, vel organa tangere, & vnde didicerit.

Item quamdiu post professionem maneat monia lis sub cura, ac disciplina communis magistræ.

Item an præterea didicerit aliqua alia exercitia manualia, & quæ.

Secundo vnaquaque interroganda est de cultu diuino, & monialium confessione, & communione. Et primo an quotidie temporibus congruis in templo matutinum, & catere horæ cantentur, vel legantur, & quomodo.

Examen circa cultum diuinum, confess. & communio.

Item an saltē semel in mēnse confiteantur, & communicent, iuxta sacri Concil. i. rīd. decretum sess 25. c. 10. de regu. & monial. vbi sic habetur Attendant diligenter Episcopi, & ceteri superiores monasteriorum sanctimonialium, vt in constitutio nibus admonentur sanctimoniales, vt taltem semel singulis mensibus confessionem peccatorū faciat, & faciolanetam Eucharistiam iuscipliant, vt eo te la lutarī præsidio muniant ad omnes oppugnatio nes dēmonis fortiter superandas.

Item an iuxta idem Conc. Trident. decretum p̄g ter ordinarium confessorem aliis extraordinariis ab Episcopo, & aliis superioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire dēat.

An officium B. Virginis Mariæ quotidie dicatur in communi, vel separatim, & quando, & vbi.

An tempore à constitutionibus, seu statutis ordinis, vel consuetudine monasterii præscripto dicitur in choro officium defunctorum, & an omnes etiam vñrlata interficiant.

An psalmi graduales, necnon & pœnitentiales, & quando ex instituto ordinis in choro, vel extra recitentur.

An in recitandis in choro psalmis horarū, p̄fertim Canonicarū in medio cuiuslibet versiculi, debita paua adhibeatur.

An aliqua sit Monialis suspecta, quod cum in choro horis non interficit Canonicis, eas extra chorum non reciterat.

An chori restringentes habeantur, quæ diuina dirigant officia, & cantū moderentur; & an eis reliquæ obdiant in his, quæ ad huiusmodi officiū spectat.

An quotidie vñam Missam, vel plures; & quod p̄fertim diebus festiuis in earum Ecclesia habeat sicut qui sunt Sacerdotes, qui celebrant; & an diebus festiuis

festiuis ad minus vñam Missa cantetur.

An aliqua sit monialis, quæ calleat artem pulsandi organa, & illam exercet tempore diuinorum, & quæ sit.

Item an organa tangendo, cantilenas introducat prophanas, vel alias minus decentes.

Item an ceremoniæ omnes Ecclesiastice suis temporibus fiant, & bene ferueruntur.

An procesiones à constitutionibus, seu statutis ordinis, vel monasterii præscriptæ, & maximè ab Ecclesia inditæ, suis temporibus habeantur.

An fassifiat annuerfiris, aliusque obligationibus quas habet monasterium pro eleemosynis, cù annuis, tum quotidianis, & an in sacrario huius rei catalogus existat.

Tertio examinandæ sunt quoque circa conseruationem fidei catholicæ. Et primo, an aliqua persona ex Monialibus, aut vñrlaque sexus seculari familia sit in fide suspecta.

An aliqua ex prædictis, cù manifestè hæreticis, vel de hæreti suspectis, ut de fide non bene fentiibus familiaritatem, seu conuertationem habeat.

An aliqua libros hæreticos, vel alios prohibitos habeat, vel habuerit, aut quomodounque legerit, seu regaudiere, & a quo.

Simili modo interroganda est de figuris, & imaginibus hæreticis, & aliis religionis catholicæ contrassis, vel summo Pontifici, aut quibuscumque catholicis, p̄fertim Episcopis, & aliis Ecclesiasticis.

An aliqua comedenter (quod Deus auertat) carnes diebus prohibitis, vel aliis comedendas dede rit abique necessitate infirmitatis, & virtusque Medicis iussu.

An aliqua scienter, & de industria incurrit in excom;

Examen circa
fidei Cat oī
ca conser
uationem.

excommunicationis sententiam ritè ab aliquo superiore latam.

An aliqua excommunicationem, aut aliam censuram ritè ab aliquo superiore latam, seruare, & custodire contempserit.

Quarto interrogandæ quoque sunt singulæ circa communes regulares institutiones; & primo, an silentium obseruetur in locis, & temporibus interdictis, præfertim in choro, dormitorio, & refectorio.

Item an Capitulum culparū, & quoties in mense, & à qua habeatur ad corrigendos defectus monialium, easque ad obseruantiam regularem exhortandas.

An regula publicè legator, & quoties in mense, & ubi, & quantum. Idem de constitutionibus, seu statutis ordinis, vel monasterii. Idem etiam de caritatibus (vt vocant) visitationis.

Item an aliqua sit ex Senioribus matribus, quæ iuuentem extra curam magistræ nouitarum posse, bene instruit in regula, & sanctionibus ordinis.

An ieiunia non solum ab ecclesia præcepta, sed etiam ab ordine præscripta custodiantur, & diligenter seruentur. Item quæ sint ieiunia ordinis.

An ieiunia Adventus Domini, & feriæ sextæ per torum annum diligenter seruentur.

Quid tempore ieiuniorū de præcepto Ecclesiæ detur vespere, & quid tempore ieiuniorum ordinis.

An omnes moniales in cōmuni refectorio semper coemeant, vel alibi, & ubi, ac quando, nec non & quæ.

An ante cibum fiat benedictio, & post gratiarum actio.

Item an in mensa quæcunque per totum prandium, & ve-

Examen circa
communes re-
gulares insti-
tutiones.

& vesperi per totam cœnam, sacra habeatur lectio, & quādiu legatur.

An viētus & potus, panis videlicet, vinum, & alia esculenta dentur in cōmuni ad sufficiētiā, vel unīcuique certa mensura, & quid, ac quantum.

An ex r̄gula, vel constitutionibus, siue statutis ordinis, carnes abolūtè, vel conditionaliter prohibita sint, & an eis vēcantur, præfertim in refectorio, & ex qua necessitate.

An quālibet Monialis peculiarem habeat cameram, seu cellam, aut in cōmuni loco omnes dormiant, distinctis tamen lectis.

Et si omnes habent suas cellas, an omnium celles sint in cōmuni dormitorio, vel aliquæ extra, & ubi, & ad quas spectent.

An linteamina linea, vel lanea, aliaque lectoreria in suis cellis habeant secundum regulam, & ita tuta ordinis, vel monasterii.

An induæ & cinctæ cingulis, aut funiculis, vel quomodo. Et an in plumis, aut mattis, &c. dormiant.

An moniales aliarum cellas ingrediantur absq̄ licentia Superiorum. Et cum ingrediantur, quid faciant.

Item an omnes solæ, vel binæ in eisdem lectis cubent:

Item quoties in mense, vel in Angaria balneū ingrediantur, & capillos abscondant, & quām modū in eo se gerant.

An omnes Moniales integrum ordinis sui habitum ferant, & eiudem coloris ac materie.

An aliqua ferat chirotecas, annulos aureos, torques, vel aliquid tale, quæ personas religiosas non decent.

Quinto querendum est de officiis, officiariis, officinis;

officinis, & in primis, an in monasterio sint matres à consilijs, quæ alicubi discreta vocantur, quarum partes sunt Prælatæ asfiltere, & consilium dare, præfertim in grauioribus negotiis, & quot.

An Prælata, siue Abbatissa, seu quoconque alio nomine nuncupetur habeat substitutam, quæ vices ipsius agat, siue Priorissæ, vel Decanissæ, siue Vica-riæ, aut Subpriorissæ nomen habeat.

An cuilibet officio certa præficit Monialis, veluti curæ nouitiarum, atque aliarum iuniorum choro, sacrario, organo, œconomia, portæ, rotæ, auditorio, refectorio, infirmariæ, culinæ, cellario, granario, manuali exercitiø, balneo, lauatorio, & familiis aliis, si plura sint, & quæ sint huiusmodi Moniales officiaræ, & quando mutentur.

Item an Prælata de consilio matrum discretarum temporibus debitiss officia mutet, an vero ex propria voluntate, & humano affectu ea distribuat.

Item an huiusmodi officialium mutatio fiat, de scitu, & consensu Superioris, cui subsunt, & in præsencia ipsius, vel ab eo deputati, aut non.

Item an huiusmodi officiales electæ à superiori, cui subsunt, confirmentur.

Deinde examinanç sunt de diligentia singulorum officialium, maximè Prælatæ, a qua totum regimen Monasterii, & recta officiorum administratio præcipue dependet.

Interrogentur in primis singulæ, quare ratione Prælata ad eam peruenierit dignitatem, an canonice, vel simoniacæ.

Item an Dei gloriam, & animarum sibi commissarum salutem cordi habere videatur, sicut dicitur bonam Prælatam.

An chorum quotidie vna cum aliis diligenter visitet,

Examen cit-
sa Prælatam.

visitet, prima in ingressu, & in egressu ultima. Et quando chorus non intereat, an priuatim lola, vel cum sociis horas canonicas recitet.

An in solemnitatibus sibi præscriptis, & consuetatis virasque vespelas ac matutinum personaliter dirigat, & canet.

Quoties in mense præmissa exhortatione, capitulum culparum (vt vocant) habeat, & an in eo defectus Monialium increpet, & corrigit.

Au personarū sit acceptatrix, vel omnibus equa liter se exhibeat.

An Moniales delinquentes pro culpe qualitate, ac secundum regulares sanctiones puniat, & ad votorum tuorum, aliarumq; obligationum, maximè vero substantialium obseruationem cogat.

An regulam & constitutiones, seu statuta monasterij diligenter obseruet ipsa, & ab omnibus Monialibus custodiri faciat.

An matrum discretarum consilio vtatur in rebus monasterij administrandis, vel non.

An ordinariè in refectorio, cum alijs Monialib. comedat, vel non, & vbi.

An ieunia tam ordinis, quam Ecclesiæ obserueret.

An secularibus frequentia exhibeat coniuicia, & an vino indulget.

An monasterium dibilitis aggravet.

An Monialibus de vestimentis, lectis, & alijs necessitatibus iuxta monasterij facultatem, & reglam ac sanctiones ordinis prouideat.

An cellas Monialium, & officinas frequenter visitet, & inspiciat, num necessitatibus Monialium præfertim infirmarum sit rectè prouisum.

An toleret, vt aliqua Moniales apud se, vel in cellis aliiquid habeant contra statum, & vitam regularem.

regularem. Nam iuxta Conc. Trid. l. 2. c. 5. cap. 2. de regul. & moniat. mobilium usum ita superiores permittant, ut eorum superflua statu pauperatis, quā profecti sunt, conueniat, nihilque superfluum in ea sit, nihil etiam quod sit necessarium eis denegetur. Quod si quis alter quidquam tenere deprehensus, aut connectus fuerit, in die nono actua, & passiuā voce priuatus sit, atque etiam iuxta iurę regulę, & ordinis constitutions puniatur.

An toiseret, ut aliquę moniales canes etiam paruos in cameris retineant, id quod nullo modo permitendum est.

An plures virgines ad habitum ordinis in gratiam aliorum suscepserit, quam monasterij prouentus, aut eleemosynae conuentae patiantur, contra Concil. Trid. decretum l. 2. c. 7. de regul. & monialib. sic habetur. In relig. ororum monasterijs, & domibus tam viorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, istud numerus constitutatur, ac in posterū cōteruetur, qui vel ex redditibus proprijs monaste. iorum, vel ex consuetis elemosynis cōmodè possit sustentari.

An in ingressu Prelature inventarium omnium rerum curauerit fieri, & in p̄cipiatur deinde ad omnia adhuc adfint.

An bona aliqua immobilia absque consensu matrum Seniorum, & Superioris, cui subest monasterium, & ab ipso Sede Apostolice facultate alienauerit.

An vas aurea, vel argentea, & id genus alia cōnodia ad sacrarium, vel monasterium pertinentia donauerit, aut vendiderit etiam in utilitatem monasterij absque consensu Capituli, & Superioris licentia.

An sigillum monasterij sub sua habeat potesta, te;

te, vel vbi, & sub quo clauibus custodiatur.

An noua ædificia in monasterio, vel extra ad habitum, sine Seniorum matrum cōsilio, ac Superioris conseculo, vel licentia extruxerit, aut alia immunitarit, vel ædificijs picturas, aut alia ornamenta profana adiecerit.

An fabricæ monasterij, vel Ecclesiæ, aut aliarum ædificiū ad monasterium pertinentium pro necessitate prouiderit, maximē in locis ruris oīis.

An aliqua immobilia monasterij oppignorauerit, vel pro aliquo obligauerit, aut quomodo cunctis alienauerit, vel fidei pulsione pro quopiam fecerit, & pro quo ac quanta summa.

Item quos habeat monasterium prouentus annuos, & quæ bona immobilia.

An curet siogulis mensibus sibi ratio cinium accepti, & expensi coram Senioribus monialibus ab economa fieri.

An extra monasterij clausuram in familia personas habeat superfluas, aut alias de religione, vel honestate suspectas, aut alias monasterio noxias, ac graues.

An exteris sibi sanguine, vel affinitate, aut familiaritate coniunctos, ex bonis monasterij sustentet, aut quomodo cunque subleuerit.

An familiaritatem habeat cum personis de religione, vel honestate suspectis, praesertim viris.

An sola cum secularibus, praesertim non consanguineis, loquatur.

An aliquando pmiserit seculares maximē viros septa clausurę ingredi cōtra decr. Conc. Trid. & cōstitutiones summorum Pont. Pij V ac Greg. XIII.

An Prelata cōpartes, vel comatres fecerit, aut alias Moniales facere permiserit, id quod cōligio, & virtusque seu perlacros Canones vetitū est.

An car-

An cartam ultimę visitationis diligenter adm̄plererit, & ab oībus Monialibus obseruari fecerit.

An ab omnibus Monialibus, vel earū aliquibus, aut yna iur..mentum, vel promissiōnem extorserit de non dicenda veritate in visitatione.

Deinde interrogāndæ sunt de substituta Prałata, siue Priorissā, siue decanissā, siue subpriorissā, siue vicaria nuncupetur. Et in primis, an de consilio seniorum ad hoc officium sit electa, & à Superiori confirmata.

Item an idonea sit pro tali officio, & Prałata impedita bene præsit monasterio, vicesque eius suppletat.

An zelum præferat, regulam, & constitutiones ordinis, ac monasterij obseruando, & ab alijs obseruari faciendo.

An quotidie intersit choro, ac refectorio vnā cum alijs, & officia sedulo perlustrerit, & qualiter exercantur.

An Moniales delinquentes sine personarum discrimine iuxta regulā, & ordinis statuta corrigit.

An omnium necessitatibus, præsertim infirmorum, quantum potest, subueniat.

An quotidie vespere iannas clausuræ diligenter visiter.

Item priusquam eat cubitum, an videat utrum omnes coniales sint in suis cubiculis.

Examinanda etiam sunt de magistra nouitarū, & aliarum iuniorū, & in primis, an sit boni exempli, & vita integræ.

Item an diu noctuq; diuinis intersit officijs sine intermissione.

Item an sufficiens sit ad docendas iuniores non solum in pietate ac moribus, sed etiam in regula & constitutionibus ordinis ac monasterij, & an id cum

Examen circa
vicariam, siue
substitutum.

Examen cir-
ca magistrum
nouitarum.

cum charitate, ac diligentia efficiat;

Item an ita teneat cantum, vt nouitias in eo re-
ctè instruere possit, & an id faciat.

Item an sit prudens ac discreta, & non tam se
timeti à nouitijs, quam etiam amari curet. Et sciat
earum necessitatibus tam animi, quam corporis
opportunitate subuenire, easque, vbi opus fuerit cum
omni charitate, mansuetudine, ac dexteritate repre-
hendere, intrepere, & re ita exigente, corrigere, ac
punire iuxta excessum qualitatē, ita vt agnoscat
se non ex malevolentia, vel iracundia, sed ex bono
zelo, & ad salutem argui, & castigari. An vero ni-
mis rigidè, & acriter obiurget, atque in corrigen-
do, vel puniendo decentia modum excedat.

Item an se tanquā cōmuniē matrem omnib. equa-
liter exhibeat, an vero partialis cum aliis sit.

Item an iuniores sibi commissas etiam in ma-
nuali exercitu eas decenter instruat, & occupet.

Postea interrogentur circa diligentiam, & fide-
litatem Sacrissæ, & in primis, an sit exemplaris, ac
mitis, vel rixosa, & verbosa.

An bonam gerat curam omnium vasorum, & or-
namentorum facrorum, eorum maxime, quæ ad
altare sunt applicanda, ea omnia munda, elegan-
tia, ac bene custodita habendo.

An ex sacrī ornamentiis aliquid abstulerit, velu-
ti aurum, argētum, margaritas, vel quidpiam aliud
simile, vel alicui déderit, aut quidpiam tale in suo
cubiculo, vel alicubi habeat.

An calices, cruces, imagines argéteas, aut vase,
vel alia ornamenta aurea, seu argentea, idq; genus
alia ad sacrariū p̄tinēta vendiderit, vel permutarit
etia in utilitate facrarij, absq; Prałate, ac Superioris
qui monasterium subest, licentia in scriptis obtenta.

Q Item

Examen cir-
ca sacrificium

Item an candelas, aut ceram, vel oleum, aut ali-
quid aliud: clam vendiderit, ac sibi pecuniam v-
surparit.

Examen circa
economiam.

Pōstea examinanda sunt circa coconomā, aliās
cellerariam, siue procuratricem, vel studicām; &
in primis, an sit idonea pro tali officio, & in eo
exercendo diligens, ac fidelis.

An sit humilis, modesta, & exemplaris, præser-
tim coram secularibus, monasterij negotia tra-
ctantibus.

An Prælatæ mandatis rēuenter obediāt.

An ita sit circa bonorum temporalium admini-
strationem anxia, & distracta, vt quæ sunt regule,
& constitutionum obliuiscatur.

An Missam quotidie audiat, chorūm frequen-
tēt, ac monasterij officia visiter, quando oecono-
mię suę negotijs non est necessario impedita.

An horas canonicas, & alia diuina officia, quæ
debet ex obligatione, quotidie recitet.

An omnibus Monialibus iuxta necessitatem, ac
regule, & constitutionum præscriptum monaste-
rijque possibilitatem cum charitate subueniat.

An bonorum temporalium diligentem habeat
curam, vel sit prodiga, & suspecta de parum fideli
administratione.

An in registra monasterij omnes pecunia tam
ordinaria prouentuum, quam extraordinaria re-
rum venditarum diligenter referantur.

An vinum, frumentum, vel aliquid aliud simile
vendiderit, ac pecuniam inde receptam pro se re-
tinuerit, vel alijs dederit.

An similiter pecunias ex multis subditorum, aut
eleemosynas collectas pro se usurpanterit.

An in emptione rerum necessariarū pro mona-
sterio,

sterio, & Monialibus plus inscriperit registris,
quam fuerit expositum.

An extraneis pecuniam mutuo dederit absque
licentia Prælatæ & Seniorum consenuit, aut pro
aliquo fideiunctionem fecerit, præsertim in nego-
tio pecuniario.

An bona aliqua immobilia, vel mobilia alicuius
momenti vendiderit, aut alienarit sine Prælatæ, &
Capituli consensu, ac superioris, cui subsunt, licen-
tia, vel etiam Sedis Apostolicae vbi oportet.

An aliquid sibi usurpauerit, vel alienauerit, quod
in inventariu[m] fuerat consignatum: & inspicitur
inventarium, an aliquid desit.

An ędicia in possessionibus monasterij absque
consensu Prælatæ ac seniorum, & Superioris licen-
tia destruit, aut de nouo erigi fecerit.

An singulis mensibus, aut saltem angarijs Præ-
latæ coram Senioribus ratio cinium accepti, & ex-
pensi faciet. Id quod de minoribus etiam officiarijs
inq[ui]rendum est, quæ pro suorum officiorum ne-
cessitate pecunias à generali coeconomia acceptas
exponunt.

An res præciose monasterii, ac pecunia, si quæ
extra necessarium monasterii v[er]um remanent, in
loco tuto, ac sub bona custodia conferuentur, cu-
jus plures claves, & inter se diuersæ apud diuersas
matres seniores sint.

Item vbi, & quomodo scripturæ censum, alio-
rumq[ue] bonoru[m] immobiliu[m] monasterii asseruentur.

Præterea interroganda erunt de diligentia, ac Examen circa
solicititudine Monialium, quæ ianuæ, rotæ, & auditio
rio presunt, & primo, an ad huiusmodi officia sint
idoneæ, ac sufficiētes.

Item an sint graues, modestæ, & exemplares.

Item an ianitrix aliqua , vel rotatia , exterorum literas , aut munera , per ianuam , vel rotam , aut fene stram auditorij intromittat , & Monialibus absque Prælatæ scitu tradat . Vel etiam literas , & munera Montalium clam inscia Prælata per dicta loca exponat ad exteros transmittenda .

Item an permittant Moniales loqui cum exteris absque Prælatæ licentia , aut quando obtenta est licentia fine interuentu ac præsentia vnius ad minus auditricis .

Item an admittant Monialem licentiam Prælatae iam habentem ad colloquium priusquam auditrix aliqua adsit .

Item an auditrices vocatae presto esse marentur .

Item an auditrices circa huiusmodi colloquia Monialium cum exteris sint fideles ac diligentes , an vero audire negligant , & Moniali , vel cu[m] ea loquenti conniveant , ita ut secreto inter se loquantur .

Item quæ inter ianitrices sit primaria , & an inter diu apud se clauem semper retineat , vel alteri confidat , & cui .

An ianitrix , quando ex aliqua causa à ianua discedit clauem secum ferat , an vero alij Moniali tradat sine licentia Prælatæ , aut ianuæ appensam relinquat .

Item quot seris noctu ianua clausa retineatur , & an apud Prælatam , vel aliam claves afferuentur .

Item an ianitrix , vel Prælata clausuræ ianuam ordinariam , seu extraordinariam extra necessitatem aperiat , vel alteri clauem dat ad aperiendum .

Item an ianitrix personam aliquam virum , vel mulierem , per se , vel aliam , etiam ad mandatum Prælatæ , vel eius substituta , aut quomodo conquis alter intra septa clausuræ extra casum necessitatis , &

tis , & sine licentia Episcopi , vel Superioris in scriptis obtenta iuxta Concil. Trid. decretum , & constitutiones summorum Pont. Pij V. & Gregorij XIII .

Item an in casu necessitatis aliqui etiam necessaria ingrediantur , qui non sunt ab Episcopo , vel auctoribus superioribus in scriptis approbati , iuxta decreta Concil. Trid. sess de regul. & monial. cap. 5 . circa finem .

An Episcopus , vel alii Superiores alicui extra prædictum casum necessitatis sub quoconque praetextu , etiam vigore cuiuscunque facultatis , vel indulta facultatem ingrediendi concederint ; quod à prædicto Concil. Trid. pro rorsus veritum est .

Item an qui tèpore necessitatis intra clausuras ingrediantur , veluti Superiores , Cofessarii , cœconomus , Medicus , Chirurgus , opifices , famuli , atque alii similes , soli cum aliqua Moniali sola loqui , vel manere , aut cum Monialibus cibum sumere , vel comporare , saltare , aut ludere , vel aliquam aliam la uitatem facere , seu ultra necessitatis exigentia intrus morari permittantur .

An cum aliqui intromittuntur in casu necessitatis licentiam Superiorum in scriptis habentes antequam porta clausuræ aperiantur , Prælata cum aliis Senioribus ad id deputatis vocetur , ut statim sine prætentis in ipso ingressu .

An ianitrix , vel Prælata permiserit Superiori , cui subsunt clausuræ septa sine legitima causa ingredi contra Const. Gregorij XIII .

An Prælata , & alii Seniores deputatae Superioribus , vel aliis personis clausuræ Monasterii casibus necessariis de licentia Superiori ingressis , semper assistant quo ulq[ue] extra portam clausuræ exierint .

An Monialis aliqua sub quoconque etiam infirmitatis; aut alterius rei praetextu; ad thermas, vel ad consanguineos, absque licentia ab Episcopo, & aliis superioribus, si qui sunt, in scriptis obtenta, extra Monasterii septa abierit, & quo peruenierit, & quādiū abfuerit, & apud quos.

An Episcopus, & alii Superiores alicui Moniali septa Monasterii egrediendi, & alio se transferendi sub quoconque praetextu, & colore, etiam infirmi tatis licentiam dederint, contra decretum Concil. Trid. & Const. Pij. V.

Item an ianitrix, vel Prælata permiserit Monialem aliquam extra portam clausuræ progredi, etiā si ad viam publicam non peruenierit veluti ad purgandam, vel ornandam Ecclesiam exteriorem, aut quid simile faciendum inter ipsam clausuræ portam, & vteriorem, quæ est propè viam publicam contra Const. Greg. XIII.

Item an rotę, ac fenestrae auditorii interius valvas habeant, quæ sera claudi possint, & an claudantur.

Item quæ rotarum huiusmodi claves retineat an interdiu primaria rotaria, & noctu Prælata, vel alia.

Item an claves fenestrarum collocutorii semper etiam interdiu Prælata apud se retineat, & quando opus est, auditrici det ad aperiendum, ac postea clavis fenestrarum ad se iterum recipiat.

Erit etiam signillatum examinande circa alias officiarias chori, refectorii, cellarii, culinæ, apothecæ, vestiariorum curam habentes, & si quæ aliquæ sunt similes, de sufficientia, integritate, modelitia, sollicitudine, diligentia, prudētia, discreione, & fideliitate in huiusmodi officiorum sibi commissorum executione.

Examen circa
alias officia-

Sexto examinandæ sunt etiam circa tria profesionis vota, scilicet obedientię, castitatis, & pau-pertatis, quæ sunt religionis fundamenta, sine quib[us] vita religiosa consistere non potest.

In primis interroganda est vnaquaque circa votum obedientię, az aliqua fuerit, quæ Prælatę, aut vetum obedientiis substituta non obedierit.

Item an aliqua rebellis, aut contumax fuerit.

Item an aliqua obedierit quidem, sed negligenter, vel cum murmuratione.

An aliqua suę Prælatę, aut eius substitutę, vel ceteris Senioribus matribus debitum honorem non defulerit.

Item an aliqua cum sua Prælatę, vel eius substituta contendenter, aut ei proterue responderit.

An aliqua in suam Prælatam temere manus violentas iniecerit, vel eam in iuriis affecerit.

An aliqua sit quæ correctiones, & penitentias ei à Prælata, vel aliis Superioribus impositas facere reculauerit.

An aliqua sit scandalosa, & incorrigibilis, vel ita insolens, ac proterua, vt in ea admonitio, vel correccio nullum locum habeat.

An aliqua cum alia contra Prælatam, aut alias superiores conspirauerit, vel conspirare tentauerit.

An aliqua literas Prælatę aperuerit, aut illas vel signillum falsificauerit, aut falsificatis sciéter vfa sit, vel literas ipsas ab aliis apertas scienter legerit.

An aliqua sit, quæ secularium, aut aliorum extororum fauorem pro obtainendis dignitatibus, vel officiis monasterii quæsierit.

An aliqua procurauerit se, vel aliam Moniale, aut monasterium à suorum Superiorum obedientia eximi.

Examen circa
tria vota.

An aliqua sit, quæ contra aliquam Monialem properata quod ab ea fuerit de defectu aliquo admonita, vel reprehensa, inuehatur.

An aliqua alteri Moniali culpam præteritam, pro qua satisfecit, contumeliosè obiecerit.

An in monasterio aliquæ sint inimicitiae, vel odia.

An aliqua durior sit ad reconciliationem, quam deberet.

An aliqua causas quæsierit, & ordita sit, ut rumores, vel odia, aut rixæ excitarentur.

An aliqua verba, vel facta aliarum reculerit, ut discordias inter Moniales seminarerit.

An aliqua Monialem, aut qualcumque personam aliam opprobrio, vel iniuriis afficerit, aut diffamauerit.

An aliqua falsum testimonium, aut mendacium de industria dixisse, maximè in detrimentum akerius deprehensa sit.

An aliqua scandalosè cum alia Moniali contenterit, vel rixas habuerit, præsertim in præsentia secularium.

An aliqua alterius Monialis excessus qualecunque secularibus, vel aliis extra obedientiam monasterii reuelauerit.

An aliqua toti monasterio, vel alicui Moniali enorme crimen falso imposuerit.

An aliqua apud seculares Monialem præsertim Prælatam accusauerit, vel contra eam deposuerit.

An aliqua sit, quæ manus violentas in alias Moniales iniciat, vel facilis sit ad percutiendum, aut ad minas, vel iniurias inferendas.

An aliqua Monialem percuferit, præsertim grauiter ac periculosè.

An aliqua sit, quæ tentauerit Monialem aliquam

maximè Prælatam veneno, vel re alia pestifera interimere.

An aliqua sciat Monialem aliquam venenum, aut quicquam aliud simile penes se habere, vel alicubi conservare, aut aliquando habuisse.

Quoad votum castitatis vnaquæque erit interroganda, an aliqua sit, quæ minus castè factis, aut signis, vel verbis, aut scriptis vixerit.

An aliqua amicitiam habeat, vel familiaritatem suspectam cum exteris, præsertim viris cuiuscunq; sunt gradus & conditionis.

An aliqua sit, quæ literas, vel munera exteris præfertim viris sibi fanguine, vel affinitate propinquia non coniunctis miterit, vel ab illis similia acceperit.

An aliqua sit, quæ extra septa monasterii aufugerit, & per quem locum, ac quomodo, & quorum auxilio aufugerit, & an redierit, vel ubi sit.

An in monasterio aliqua sit, quæ post fugazem poenitentia ducta redierit, & dum est et extra monasterium, an ab aliquo viro fuerit corrupta, & à quo.

An aliqua sit, quæ procurauerit, vel auxilium quomodo cunq; præfiterit, aut consenserit viri aliquem clausuram monasterii violare, & ingredi, & quomodo, & an huiusmodi Monialis, vel alia ab illo viro fuerit corrupta, seu violata.

An aliqua sit, quæ cum Confessario, aut Medico, Chirурgo, Procuratore, vel alio famulo monasterii, aut aliquo artifice monasterium necessitatis tempore ingrediente colloquium secretum habeat, vel sola cum eo alicubi maneat.

Item quando prædicti officiales, vel artifices, aut famuli clausuram monasterii ingredijuntur, an

tres, vel duæ ad minus ad finit matres Seniores, quæ eisdem viris quoisque egrediantur, semper fideliter assistant, ita ut nulla Monialis sola cum folo loqui, aut manere possit.

An aliqua Monialis cum alia Moniali amicitiam vel familiaritatem habeat non laudabilem, sed suspectam.

An aliquæ simili in eodem lecto cubent, & quæ sint, & qua de causa, & an de licetia prelatæ, vel nō.

An aliqua sit, quæ comam nutrit, vel crines cespitos in fronte.

An aliqua sit, quæ habitum deserat honestati religiosæ minus decentem, & à communitate disparem.

An aliqua torquem, vel annulos aureos, aut monilia gestet.

An aliqua sit, quæ cantilenas amatorias canat, vel libros amatorios habeat proprios, aut mutuo acceptos.

An aliqua in cubiculo, aut officina sui officii, vel alibi imagines minus honestas habeat.

An aliqua sit, quæ contra sacros Canones compatrios habeat, vel comatres, & quos, vel quas.

Quod votum paupertatis interrogandæ etiam erunt. Et primo, an aliqua Monialis bona immobilia veluti agros, vel terras alias, aut census, vel redditus annuos, aut mobilia veluti pecunias, aut alia cuiuscunq; qualitatibus fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita tanquam propria, aut etiam nomine monasterii apud se, vel alios seculares, vel ecclesiasticos posideat, contra cap. 2. de reg. & Monial. lss. 25. Concil. Trid.

An administratio aliquorum honorum monasterij exercetur per officiarias ordinarias à Superioribus

Examen circ.
ca voca pau-
pertatis.

rioribus approbatas, & ad ipsorum nutum amo-
uibiles: an vero per priuatas Moniales, quod esset
contra predictum cap. Concil. Trid.

An supellex vniuersitatisque Monialis statui pau-
pertatis, quam professæ sunt, conueniat. Nam si
quæ aliter quicquam deprehensa, aut conuicta fue-
rit; biennio actua, & passiuæ voce priuata sit, at-
que etiam iuxta suæ regulæ, & ordinis constitutio-
nes puniatur.

An aliquæ qui ipsam mechanicum questus gratia
faciat, vel fecerit.

An aliqua mercaturam quomodo cunque per se
vel aliam personam exerceat, vel exercuerit.

An aliqua pecunias praesertim ad usuram alii mu-
tuo dederit, vel censu, aut alios prouentus suo,
aut monasterii nomine emerit.

An animalia intra, vel extra monasterium nomi-
ne suo habeat.

An aliqua pecunias, vel quidpiam aliud clam
ab extera persona accepit, & Prælatæ non indica-
uerit, vel qualem cunque rem sibi collatæ celauerit.

An aliqua ex rebus Ecclesiæ, vel sacrarii qualeſcet
que sint, surripuerit, & alteri dederit, vel sibi usur-
pauerit. Idem de rebus aliarum officinarum.

An aliqua sit, quæ ex bonis quibulcunque alijs
Monialibus concessis clam abstulerit, & celauerit,
vel alteri dederit.

An aliqua monasterii panem, vinum, frumentū,
& similia extra monasterium etiam pauperibus sine
Prælatæ licentia donat.

An Moniales de communi, & in cōmuni vivant,
vel quomodo.

Item si in communi, & de communi vivunt, an
etiam æqualiter omnibus cibis, & potus exhibea-
tur,

tur, vel vnicuique certa portio, p̄fertim panis, & vini.

Item si vnicuique certum quid panis, & vini im-
menta datur, quid sit de reliquijs, qua supersunt,
an monasterij communitati remanent, vel paupe-
ribus erogantur, aut ab vnaquaque pro suo libito
dispensantur.

Examen pra-
lata, & eius
substituta.

Completo examine singularum Monialium, ex-
aminanda etiam erit prælata, & eius substituta, atq;
hæc quidem prius, Prælata vero ultimo loco.

Quærendum in primis, an cultus diuinus in Ec-
clesia qualiter procuretur.

Item an tria vota, & alia religionis essentialia
recte obseruentur.

Ité an inter Moniales vera pax, & concordia mu-
tuā sit, an vero inter alias inimicitia, aut odia
existant.

Item an aliqua correctionem superiorum non
curauerit, vel poenitentiam sibi iniunctam facere
recusauerit, aut cum contemptu fecerit, vel aliás
inobediens, incorrigibilis, aut consumax fuerit.

Item an seditiones, tumultus, aut conspiratio-
nes fuerint, vel adhuc sint contra Prælatæ, vel alterius
Monialis personam.

Item an aliqua sint publicè scandalose, vel de-
scandalo aliquo iuspectæ.

Item examinentur circa Monialium viclum, ve-
stimentum, communem vitam, mores, profectum
spiritualem, atque alia similia, prout ex

regula, & constitutionibus Ordi-
nis, vel Monasterij, necnon
ex ipsa visitatione necel-

farium, & oppor-
tunum fuerit
vistum.

QVAB

QVÆ POST OMNIVM MONIA-
lium examen à Visitatore agenda sunt.

T I T V L S X X I .



X A M I N E integrè finito, Visi-
tator excessus singularum Mo-
nialium etiam Prælatæ in visita-
tione depositos colligat, delin-
quentium nominibus adiunctis,
ut vnamquamque in capitulo de
more culpam dicentem de pu-
blicis eius delictibus admonere, & reprehendere
possit. Quod si aliquod ocurrat delictum graue,
quod sine animaduersione præteriri posse non vi-
deatur, delinquens erit à Visitatore vocanda, ac di-
ligenter de excessu contra eam deposito admonen-
da, & seuerius increpanda etiam in prælatis Se-
niorum matrum, & aliquorum de familia Visitato-
ris, prout rei enormitas postulabit, necon pro
qualitate criminis debitè punienda. At si accusata
factum constanter negauerit, tunc deponentium
dicta, ac testimonia, si quæ erunt, exactius conser-
derentur, ac maturo iudicio ponderentur: & si
reuera fuerit conuicta acris, ac durius, quam in
spontanea confessione factum esset, puniarur; Si
vero innocentiam suam probauerit, iustificetur
de falsitate criminis obiecti, & quæ contra eam
falsum deposuerat, ac testes fuerunt, ea poena
afficiantur, quam deposita incurrisser, si fuisse
conuicta. Quæ sanè omnia prudenter, & cum
charitate agantur, ne cui fiat iniuria, vel tumul-
tus inter Moniales oriatur, aut maius scandalum
inde generetur.

Quod

Modus pro-
cedendi & cœta
Moniales de-
linquentes.

In querelis ^{contra Praet} Quod si contra aliquam ex Senioribus matribus, vel officiarib; præfertim Praetamat ipsam, aut eius substitutam aliquid tale deponeretur, maior erit habenda consideratio, nec cuique accusant fides leuit adhibenda; nam cum Praetati omnibus placere non possint, eo quod ex officio teneantur subditos non solum increpare, sed etiam, et ita exigente, duriuscule tractare, & punire frequenter, odium multorum incurront, insidiasque paciuntur; unde recte ait Canon; Praetatos quasi signa ad ^{De acc.} gittam esse positos. Arque ob id sancti patres pro ^{c. qualiter.} vidè statuerunt, vt accusatio contra Praetatos non facile admittatur, ne concussis columnis, coiuat adfiscimus, & vt diligens adhibeat cura, quia non solum falsa, sed etiam malignæ criminationi ianua præcludatur: id quod Visitatoris prudentia ac iudicio diligentissimè expendum relinquuntur.

Postea debet Visitator ad fenestram collocutorij conuocare Praetamat, & eius substitutam, & oeconomam, & alias officiarias publicas, nec non Seniores, que matres a consiliis, seu differet nominantur, & regista bonorum immobilia, centuum, omniumque redditum monasterii ab eis potere, que vna cum notario, & aliis primariis de familia sua diligenter videat, euoluat, & consideret: & primo quot, & qualia bona immobilia habeat monasterium, & vbi: item quot ac quales centus: deinde quantu annuatim ex omnibus monasterii prouentibus in pecunia, frumento, vino, ac similibus colligi, & quantam pecunia summam eorum omnium estimatio attingere posse. Item an omnia colligant, vel alicubi difficultatem in exigendo, quandoque patientur, & vbi. Item an etiam percipiunt

cipient eleemosynas ordinarias, vel extraordinarias, & quanto esse possint ordinariis. Item an huiusmodi prouentus, cu eleemosynis ordinariis, vel eleemosina ipse, vbi alij prouentus non sunt, pro necessitate monasterij annuatim sufficiant: nam Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de regul. & monial. in monasterijs, & dominibus tam viorom, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus is tantum numerus constituantur, ac in posterum conferuent, qui vel ex redditibus propriis monasterij, vel ex consuetis eleemosynis commode possit sustentari. Et vbi constabit prouentus, & eleemosynas huiusmodi non sufficere, statuere debet Visitator ne in posterum illa ad habitum suscipiat, donec numerus decreuerit, si forte talem secum afferat dotem, quem monasterium subleuantur posse.

Intelligat etiā an oeconomia semel in mense, vel saltem in angaria administrationis sue rationem Praetate corā Senioribus reddiderit, ac quomodo: & an registra existant cum subscriptione, & approbatione Praetate ac Seniorum. Idem etiā fiat quoad alias officiarias pecuniam exponentes. Post haec Visitator faciat generale ratiocinium incipiendo a tempore ultimæ visitationis, ac manus sue approbationem vbi perfecerit, subiicit.

Deinde cartam visitationis componat, cui infertur omnes ordinationes, & mandata, que tam a Praetata, quam ab alijs officiarijs, & Monialibus, iuxta regulæ, & constitutionum suarum prescriptum obsernari debent, maximè circa ea, in quibus hactenus defecerunt, & ad finem adiungatur quoties in anno huiusmodi carta Monialibus in capitulo, vel refectorio sit prælegenda, quam postea in fine

An oeconomia singulis mensibus, vel saltem in quatuor annis reponibus sic administrationis ratione reddatur.

Carta visitationis condida.

in fine capituli, quod extremo loco haberi solet, Prelate, & Monialibus praesenter adhibita breui exhortatione, ac prælegi publicè faciat.

**Exhortatio
habenda ad
corrigendos
defectus.**

Postremo Visitator iubeat omnes Moniales, ad signum campanulae in loco capitulari, vel (si ita sit moris) ad fenestram colloctorij, seu parlatorijs cōgregari, quibus in locis suis sedentibus dicat Visitator iuxta consuetudinem religiosorum (Benedicite) & postquam Moniales responderint (Dominus) Visitator prosequatur preces in capitulis religiosorum recitari solitas, quas superius notauiimus. Quibus finitis exhortationem ad Moniales habeat, in qua primum generalia in visitatione reperta, quæ emendationem requirunt proponat, cu[m] omni charitate ac mansuetudine eas in communione admonendo, reprehendendo, & ad emendationem induendo. Deinde veniat ad singularium Monialium excessus publicos, ac notorios in visitatione repertos, quos iam notatos secum habere debet, ut vnamquamque de proprijs defectibus arguere, & corrigerre posse: cuique enim pro culparum discrimine ac qualitate penitentia salutaris est imponna; nisi forte aliqua ob criminis eremitatem grauius venerit punienda; quia tunc extra capitulum, vt superius dictum est, vel per Visitatorem ipsum, aut eo ita iubente per Prælatam id fieri poterit atque in primis accersat ante se ad locum foliuzum (quem Benedictinus ordo mattam vocat,) nouitias omnes simul easque de negligentia & parvo profectu in regulari disciplina hactenus facta increpatas, & ad maiorem in posterum solicitudinem animatas ex loco capitulari ad Ecclesiam ad orandum, salutari aliqua eis imposita penitentia dimittat, ne professarum excessus audientes, scandali-

scandalizentur. Quibus egreſſis vocet seorsum ad mattam omnes professas, feruato curuque p[ro]fessionis loco, & ordine, & primum conueras, que aderunt, deinde iuniores chorales, postmodum reliquas omnes usque ad Prælatum inuenientur.

Quilibet autem Monialis, cum ad mattam per uenerit, inclinet se modice ante Visitatorem, & pro more ordinis culpam suorum defectuum dicat, quam Visitator de excessibus notorijs in visitatione repertis increpet, interimque ipsa in terram prostrata iaceat, ac sileat, quoique fuerit insulsurgere.

Post Moniales omnes vocanda victimo est ad mattam Prælatam, siue sit Abbatissam, seu Priorissam, aut quomodoconque aliter nuncupetur, quæ similiter suam deber culpam dicere, & à Visitatore (modestè tamen) admoneri, atque increpari nam Prælatorum, maximè mulierum culpe publicè sunt breuiter dicendæ, ac tantum leuiores, ne iactinoribus occasio detur contemptus, & scandali priuatim tamen, vel priuatis aliquot ex Senioribus poterit Prælata de omnibus excessibus parvius, ac magnis diligenter à Visitatore admoneri, increpari, & pro rei exigentia puniri. Quo autem tempore Prælata ad mattam accedit, ibique manet ante Visitatorem, Moniales omnes ob reuerentiam Prælate, surgant ac temper stent, quoisque Prælata ad locum suum redierit, ac sedere iussa fuerit.

Culpis Monialium omnium etiam Prælatus ita expeditis iubeat Visitator nouitias iterum vocari, & introire (si ita videbitur expedire) ut reliqui exhortationi, absolutioni, ac benedictioni interesse possint: nam post culpas, debet Visitator exceptam prius exhortationem prosequi, & ad finem

**Culpa à Mo-
nialibus pu-
blicè dicenda:**

**Culpa à præ-
lata petenda:**

**Carta visita-
tionis Monia-
libus traden-
da.**

nem declarare, quo pacto defectus reperti in visitatione sint regulæ, & constitutionibus ipsarum contrarij, & quam ipse sint obstrictæ ad regularis instituti ac disciplina obseruantiam; nihilq; aliud jam restare, quam vt defectus huiusmodi requera emendentur, & omnia in posterum ad regula, ac reliqui instituti prescriptum fiant. Id quod, ut diligentius, & efficacius prestari possit, dicitur Visitator se cartam visitationis condidisse, & in manib; Praelatæ relinquere, semel ad minus in angaria publicè in Capitulo, vel Refectorio prælegendum, atque ad defectum repertorum exterminationem ab omnibus obseruandam, quam propterea legi alta voce iubeat, ac deinde ad manus Praelatæ tradat.

Admonenda
Moniales, ut
pro prefatis,
Principibus,
ac benefacto-
giis orene,

Postea admoneat eas, ut iuxta obligationē, quā habent, iūi precibus suis tam priuatim, quam publicis, alsiudani faciant memoriam pro summo Pontifice Romano, & omnibus Catholicę Ecclesię Praelatis, necnon Imperatore, Regibus, & Principibus secularibus Catholicis viuentibus, pro eo maximè, in cuius dictione situm est monasterium. Item pro animabus fundatorum ac benefactorum monasterii, necnon omnium vtriusque status Ecclesiastici, & secularis Christifidelium tam viuorum, quam in Domino defunctorum præsertim, quorum corpora in monasterij Ecclesia, vel coemterio sunt sepulta.

Confessio, &
absolutio ge-
neralis vni-
cum benedi-
tione.

His completis, Visitator iubeat Moniales omnes flexis genibus dicere, Confiteor, &c. quo finito, Visitator stans subiungat.

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis vestris, perducat vos in vitam eternam. Amen. Indulgentiam absolutionem,

& re-

& remissionem omnium peccatorum vestrorum, tribuat vobis omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Et ego auctoritate S. D. N. (si est Visitator Apostolicus) vel si non, ordinaria qua fungor, quantum mihi de iure, & vobis ex priuilegiis Apostolicis conceditur, absoluo vos ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si quod incurristis, ut sitis absolutæ hic, & ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, habeatisque vitam æternam, & viuatis in secula seculorum. Amen.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen;

Deinde Visitator ita benedicat eas, Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Post benedictionem, Vale dicat, & eas in pace relinquit, & discedens iuxta morem dicat.

Aduitorium nostrum in nomine Domini.

Et Moniales respondeant,

Qui fecit coelum, & terram,



APPENDIX QVORVNDAM CAPITVM

Ad Monialium clausuram per-
tinentium :



Deingressu
intra clausu-
ram monia-
lium, & penit-
tores statutis



VONIAM superius in examine
Monialium mentionem fecimus
vbi de illarum clausura agebatur,
decretorum Concil. Trid. & Con-
stitutionum Pij V. ac Gregorij
XIII. dignum etiam hic ad finē,
& opportunū vīsum est, poenas
etiam contra transgressores huiusmodi clausure
præscriptas enumerare, vt Visitatores eas in prom-
ptu habeant, & Moniales ipsas instruere valeant.
Nemo cuiuscunq[ue] status, generis, sexus, etatis,
ordinis, conditionis, vel præminentie fuerit, ab-
que Episcopi, vel Superioris licētia in scriptis ob-
tentia, quæ dari ac concedi non debet, nisi in casi-
bus

būs necessarijs Monasteria, domos, & loca, quo-
rumuis ordinum Monialium, etiam illarum, que
tertiariae dicuntur, sub excommunicationis poena
ipso facto incurrenda, super qua à nemine nisi à
Romano Pontifice, (præterquam in mortis articulo,) absolutionis beneficium posit imparti, quo-
uimodo ingredi audeat, nisi ab eo tempore quo
prædicta Bullæ, ac Constitutiones Apostolicæ emissa
narunt nouam eamq[ue] expressam, & sufficientem à
S.Sedo Apostolica licentiam habeat, qua etiā ultra
concessum modum non vtatur. Abbatissis vero
priorissis, matribus, conuentibus, ac alijs mona-
steriorum superioribus, & personis, quocunque no-
mine vocatis districtè præcipitur sub eadem ex-
communicationis poena, nec non priuationis digni-
tatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac in-
habitabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda
ne in monasteria, domos, & loca sua quemquam
quouis prætextu ingredi faciant, vel permittant.
Quin etiam sub eisdem poenis ipso facto incurren-
dis prohibetur, atq[ue] interdicitur omnibus, & qui-
bulcunque personis ecclesiasticis, & secularibus,
ac etiam ordinum quorumcunque etiam mendici-
cantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab
Episcopis vel Superioribus, quibus illas conceden-
di in casibus necessarijs tantum ex Decreto Conc.
Trid. tribuitur monasteria ipsa Monialium pro libi-
to, sed necessitatibus urgentibus duntaxat ingre-
di, neve Moniales sub eisdem poenis illos aliter ad-
mittere præsumant.

Prælati vero omnes tam seculares, & Episcopali
dignitate prædicti, quam regulares, quorum vis or-
dinum Abbates, præpositis, priores, ministri, & alijs
quicunque Superiores, quibus cura, & regimen mo-
nasteriorum

Cause ob
quas monia-
les extra clau-
suram ad tem-
pus exire, &
de quorum lice-
tia possit, cu-
pens contra
transgredien-
tes decretis /

nasteriorum Monialium quoquismodo incumbit, qui alterius ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate officii nituntur, non pro libito sue voluntatis huiusmodi Monialium septa ingredi, sed potius seruare debent ipsi quoque regulam à Conilio præscriptam, ita ut facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta ita demissi ut possint, si id faciant in casibus necessarijs, & paucis, iisque senioribus, ac religiosis comitatibus. Qui facultate huiusmodi, præterquam in casibus, ut præfertur, necessarijs venturis, si Pontificalis dignitatis fuerint, i) pro prima vice, qua cōtra fecerint, ingressu Ecclesiæ interdicti, pro secunda munere Pontificali, & à diuinis suspensi, ac deinceps ipso facto absque alia declaratio ne excommunicati existant; Regulares vero omni officio, ac ministerio priuati excommunicationi similiter subjaceant.

Nulli etiam Abbatissarum, Priorissarū, aliarūve Monialium, quorumcunque Ordinum, ac statuum, graduum, cōditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existant, etiam à Regia, vel illiusprolata p̄ta ortarum, de cetero etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum parentum, aliorumve consanguineorū visitandorum, aliave occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis leprosa, aut epidimiæ, qua tamen infirmitas præter alios ordinum Superiorum, quibus cura monasteriorum incumbit, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarii etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum & Ordinariorum iurisdictione exempta esse rep̄eriantur, cognita, & expressa in scriptis approbata sit à monasteriis præfatis exire, sed nec in predictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tē-

pus

pus stare licet. Alter autem, quam vt præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodo cunque concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices personæ, sive laicæ, aut seculares, vel Ecclæsticæ, consanguineæ, vel non, excommunicationis maioris latæ sententiae vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione subiaceant, à quo præterquam à Romano Pontifice, his in mortis articulo, absolu nequeant. Et insuper tam egressi, quām præsidentes, & alij Superioris prædicti eius licentiam huiusmodi concedentes dignitatibus officiis, & administrationibus per eas, & eos tūc obtentis priuantur: & illi, & illa ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles decernuntur.

Ex Cen-

ti. Gre-

or. 13.

incipi-

tus.

In

v. qm

inbius

op. Cen-

an. In-

caplo

artac-

tali.

17. 2.

Ann.

Kale-

jan.

35. 1.

Kale-

Jan.

Impr.

dita.

Aster-

incepti-

Deut.

Paflo

Amos.

lis.

In-

buan-

edu-

in-

nat.

Kale-

mij.

antif.

Pit.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

extra tamen monasterium degant, & non ingrediantur clausuram aliarum Monialium, nisi in casibus ex eorum constitutionibus permisisis, & de eam donibus eire non possint pro huiusmodi eleemos. nisi colligendis, nisi de licentia Ordinarii, vel earum superiorum. Et de cetero nullæ aliae cœuerit professa recipi amplius etiam de consensu fucum Superiorum, vel Prælatorum possint, qd si aduersus hanc prohibitionem receptæ fuerint, illatum receptione nulla irrita, & inanis sit. Quod si prædicto modo necessitatibus Monialium & mulierum tertianarum prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandavit ipsis Ordinariis, & Superioribus earum, vt ipsi prouideant de aliis personis piis, & Deo deuotis, quæ fidelium eleemosynas colligant, vel alias eo meliori, & commodiori modo quo fieri poterit etiam ex opere manuum ipsorum Monialium, & mulierum prædictarum, arbitrio Ordinariorum, & Superiorum earundem, & prout eis congruentius expedire videbitur prouideatur, & succurratur. Et ne propter Monialium numerum excessuum clausuræ obseruatio violetur, inherendo etiam similiter dispositioni dictæ constitutionis Bonifacii, & Concil. Trid. decreto Monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & Ordinariis districte inhibendo præcipit, & mandauit, ne plures in eorum monasteriis recipient, & admittant, siue recipi, & admitti permittant, quæ ex propriis redditibus ipsorum monasteriorum, vel conseruis eleemosynis commodè sustentari possint.

Gregorius etiam eius successor vnuerio illi Deo deuotarum mulierum genere de opportunitate, ac sufficientis subventionis auxilio prouidere cupiens, de sibi attributæ potestatis plenitudine, statuit, & ordinauit,

xxviii. **Con-** ordinauit, vt omnes & quicq; quarumlibet Eccle-
siæ Gre-
gor. 13. **satiatum** Prælati nec non Abbates, Priors, Præpositi,
q; incip.
Deo fa-
Cathedrales, & alias Ecclesiæ, necnon monasteria
cris vir-
prioratus, præposituras, Canonicatus, præbendas
ginibus
Anno,
dignitates, personatus, administraciones, officia,
Incarn.
ceteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine
5. 7. 2.
a. Kalé.
Jan. Pô.
quâm mulierum etiam mendicantium Ordinum,
tifici &
& Congregationum, & militiaria regularia, etiam
primo. de iure patronatus Laicorum etiâ nobiliū, Ducū,
Regum, & aliorum Principum existentia quanto
docunque obtinentes, nec non Rectores, Guber-
natores, Administratores, Capitulorum, conuen-
tuum, mensarum, hospitalium etiam laicorum, &
per laicos administrari solitorum confraternitatu-
schoolarum, collegiorum, ac aliorum piorum loco-
rum quoquecumque nomine nuncupatorum, & vbili-
bet consitentium, ceterique omnes, qui singulis
annis, meisibus, hebdomadis, vel diebus ex eccle-
siarum monasteriorum, beneficiorum piorum, &
aliorum locorum prædictorum fructibus, redditibus
& prouentibus, pauperibus Christi aliquas eleemo-
synas in pane, frumento, farina, edulis, pe-
cunia, seu alius ad victum, vel vestitum pertinentibus
quomodo cumque distribuere, & elargiri ab
immemorabili tempore cōsueverunt, aut alio quo-
cumque iure teatentur, & quoad hospitalia ex iis,
que seruata in illis actuali hospitalitate superfunt,
seu supererint: nec non quecumque perlonge particulares etiam laice, vel vniversitates etiam laico-
rum, quæ testamento, vel alia dispositione, etiam
inter viuos, aliquas tales eleemosynas facere tenen-
tur dimidiā partem omnium & quarumcunque
eleemosy-

Medias qua
rumcunque a-
leemosynas.
ex puerib. ec-
clesiasticis ab
immemorabi
li tempore p
quoscunq; tâ
cum ad viu
& alimetiâ pau
perum distri
bui confusa-
rum, vel etiâ
ex testamēto
aut alia dispo
sitione etiâ in
ter viuos pro
uenientiū mo
nasterijs clau
sis egenitibus
& in cistâ lo
cis, vbi prædi
ca eleemosy
ne fiunt consi
stentibus ap
artitionem.

eleemosynarum, & largitionum huiusmodi quocunque nomine nuncupentur, quoever tempore, & modo distribui solitarum, dummodo non in certas personas, nec ad certos vius pios alios, quamvis vietus, & alimenta pauperum distribuantur qui buslibet predicatorum Monialium etiam tertiariorum sub solemni religiosis votis, & perpetua clausura de cetero viuentibus, & in terris, & locis quorum pauperibus huiusmodi eleemosynas distribuuntur consistentibus, verè, realiter, & cum effectu, & absque villa eleemosynarum & largitionum huiusmodi pectione, exactione, & conquistatione, ac quibusvis mora, subterfugio, ac exceptione cessantib[us] dare, atque distribuere omnino teneantur.

Insuper ut est is, qui ip[s]is Monialibus etiam tertiaris, indigentibus per gratias consanguinitatis aliquam sunt coniuncti aliquod in premisis subsidium conferant singulis locorum Ordinariis comisir, ut omni eos officio, & diligenter monere, eisque persuadere studeant: parentes vero, & fratres, ac alios, ad quos illas, si in seculo permanissent, dotare pertinebat, vel ad quos bona & successiones deuenerunt, & qui si eas nuptiis tradidissent, multò amplius, quam ingredientibus monasterium dedissent, vel qui si eas nunc domi retinerent, vel si ad illorum domos redirent, eas alere teneantur quibuscumque viis ipsi benevolentia inducant, ut monialibus etiam tertiaris predicatoris iuxta eorum facultates charitatiè subveniant, scituri id sibi etiam ad animarum salutem plurimum profuturum, eleemosynam verò predicatorum contributionem, & applicationem durare, & valere decreuit, ac suo effectu ad plenum fortiri debere donec numerus monialium etiā tertiariorum huiusmodi ita immingu-


consanguine monialium, ut illinos indugeat persudere ab ordinariis, ut subsidiū certarit etiā conferant.

etus

tus fuerit, nullis aliis interim receptis, ut reliquæ moniales, & tertiaris ex propriis redditibus monasteriorum ipsorum, vel consuetis eleemosynis se commode sustentare queant utramque, ut decedentibus singulis ex tribus earundem monialium partibus, tertiq[ue] quoque earundem eleemosynarum partis distributi, & sic successivè in totum extinguitur, atque in pristinum statum sub debitiss, aut solitis oneribus recuperantur, & remaneant.

Ceterum quoad conueras professas, quas, Pius predecessor sub certis conditionibus permisit posse manere extra monasteria pro colligendis eleemosynis, idem Gregorius eisdem locorum Ordinariis iniunxit, ut quibus monasteriis predicatorum monialium quotidianis laboribus computatis supradicta, vel alia qualibet ratione de sufficienti subventione, & sustentatione prouisum esse cognoverint, easdem conueras sub eadem clausura, cu[m] aliis monialibus reduciuntur, neque à suis monasteriis amplius exire permitantur, conueras vero nonoia professas, & profiteri noientes dominico habitu, dominum remittant, neque alias in lucrativa nisi professionem suo tempore emisuras, atq[ue] sub perpetua clausura māsuras in monasteria huiusmodi recipi permittatur. Quod autem idem Pius predecessor statuit, de cetero nullas alias conueras professas recipi amplius etiam de contentis suorum Superiorum posse, ita Gregorius esse intelligendum declarauit, prædictas conueras, quæ extra monasterium in dominibus contiguis degerent.

FINIS SECUNDI LIBRI



UNIVERSITARIA